BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

APVLEIVS III
DE PHILOSOPHIA LIBRI

ED. P. THOMAS

1908

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

APULEI OPERA QUAE SUPERSUNT

VOL. III

APULEI PLATONICI
MADAURENSIS
DE PHILOSOPHIA LIBRI

RECENSUIT

PAULUS THOMAS

EXEMPLAR ANASTATICE ITERATUM

LIPSIAE IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI MCMXXI

PRAEFATIO.

Apulei scripta quae sunt de philosophia primus ad artis criticae leges recensuit Aloisius Goldbacherus, cuius editio prodiit Vindobonae a. 1876. Perspexit enim omnes codices, quibus haec opuscula continentur, ex uno eodemque archetypo perquam mendoso fluxisse, esse autem in duo genera dividendos, quorum alterius sunt Monacensis 621 (M), Vaticanus 3385 (V), Gudianus 168 (G), Parisinus 8624 (A), alterius Parisinus 6634 (P), Laurentianus plut. LXXVI cod. 36 (L), alter Florentinus, olim Marcianus 284 (F); denique prioris generis librorum maiorem fidem et auctoritatem esse. His observationibus nixus scriptoris verba ratione ac via conformavit. Sed magnopere dolendum est codicem Bruxellensem 10054—10056 (quem littera B signamus) ab illo viro docto alioqui de Apuleio optime merito prorsus neglectum esse.

Liber est membranaceus forma quadrata maiore. Folia sunt numero 75, versus paginarum 23. Primum folium vacuum est, nisi quod in recta pagina manus XII. saeculi philosophiae formulas exaravit. Foliis inde a secundo recto usque ad LXXV. rectum Apulei opuscula continentur. In folii LXXV. recti parte inferiore medicinalia praecepta *ad epilenticos* (sic) addita sunt. Scriptus est liber saeculo, ut videtur, XI. ineunte. Duas autem manus discernimus, quarum altera, quae inde a versu XVI. folii XX. versi (p. 44, 7 ed. nostrae) his verbis: *quae pars terrena* incipit, antiquius scripturae genus expressit.[1]) Verba continuata, quae frequentissime occurrunt, lineolis rectis adhibitis

1) Vide tabulam photographicam, quam inseruimus commentationi nostrae, cui titulus *Étude sur la tradition manuscrite des oeuvres philosophiques d'Apulée*, p. 108 [p. 8]. Ibi pro 'fol. 15 v°' reponendum est 'fol. 20 v°'.

separavit posterior manus, syllabas distractas coniunxit, sed saepe ita inepte ut risum vix tenere possis. De correctoribus infra dicemus.

In superiore margine folii II. recti haec legimus: *Iste est liber hospitalis sancti Nicolai prope Cusam.* Hoc codice in edendis Apulei operibus usus est Bonaventura Vulcanius Brugensis[1]) (a. 1594), qui ut eius bonitatem intellexit, ita levi bracchio egit; nam et ipsius primae manus et correctorum lectiones aliquot, quae quidem ei potissimae viderentur, promiscue excerpere satis habuit. Postea in Bollandistarum manus liber pervenit, uti docet signum in folio primo verso positum. Sed cum Maria Theresia regnante societas Jesu sublata bonaque eius publicata essent, delatus est in bibliothecam Bruxellensem, quam Burgundicam nominant; unde a Francogallis a. 1794 ereptus est et Lutetiam asportatus. In pristinam sedem restitutus est a. 1815.

Post Vulcanium quae de eo vv. dd. tradiderunt, valde dubia sunt et incerta neque ullus inde fructus in Apuleium redundavit.

Tandem aliquando Erwinus Rohdius *κειμήλιον* illud tenebris et situ obrutum ab oblivione vindicavit et in lucem protraxit; cuius disputationem brevem, sed acutam et bonae frugis plenam in Museo Rhenano legimus.[2]) Verum quia partem tantum codicis (librum scilicet de deo Socratis) contulerat, accidit ut de nonnullis rebus minus recte iudicaret. Ac vere quidem vidit codicem Bruxellensem et antiquitate et fide omnibus ceteris praestare eundemque cum Monacensi[3]) artissimo cognationis vinculo coniunctum

1) Hinc Bruxellensis noster 'codex Vulcanii' vulgo est appellatus.

2) Erwin Rohde, *Zur handschriftlichen Ueberlieferung der philosophischen Schriften des Apulejus*, Rhein. Mus. XXXVII (1882), p. 146—151.

3) Debuit addere 'et cum Vaticano', quippe cum Monacensis et Vaticanus ex eodem exemplari prodierint. Vide Goldb. Praef. p. VI et XI et commentationem nostram (*Étude etc.*), p. 116—119 [p. 16—19].

esse.[1]) Sed in eo erravit quod eum inter duas illas familias a Goldbachero propositas medium quendam locum tenere contendit[2]), cum priori familiae haud dubie sit adscribendus.[3]) Quin etiam plurima sunt indicia, unde colligere possis MV ex B derivatos esse.[4]) Verum tamen cum B

1) L. cit., p. 147.

2) L. cit., p. 148.

3) V. *Étude etc.*, p. 112—116 [p. 12—16]. Argumenta nostra hic repetere, ut in re satis clara, inutile duximus.

4) V. *Étude etc.*, p. 120—121 [p. 20—21]. Exempla notabiliora haec adferam: P. 8, 6: *decori* (*i* sub lineola separativa paene latet) B: *decor* M. P. 49, 26: *nata* B, sed fuerat *nati* et correctio facile aciem fugere potest: *nati* M. P. 57, 5: *sit cunctis*] *esticunctis* (*i* in *esti* cancellatum est) B: *est cunctis* M. P. 66, 13: *saepe discordantibus*] *sepedis|cordantibus* B: *se pedis cordantibus* (postea corr.) M. P. 66, 16: *obsit aeternitas*] *obsitaeternitas* (lineola inter *a* et *e* addita) B: *obsita eternitas* M. P. 85, 4: *ostenderet*⁷ (7 distinctionis nota est) B: *ostenderetur* MV. P. 88, 10: *et mentem*] *&men|tem* B: *et tamen* MV. P. 96, 13: *lares possumus*] *larespossum'* B: *laresponsum* MV. P. 99, 17: *denique* B, sed *ni* litterae *m* consimilis est: *demque* M. P. 99, 18: *at superciliorum*] *adsuper|ciliorum* B: *adsuper ciliorum* MV. P. 101, 20—102, 1: *sicci, umidi, ferventis*] *sicciumidiferventis* B, sed *i* in *di* sub lineola separativa latet atque post *siccium* altera lineola addita est: *sictium id ferventis* M *siccium id ferventis* V. P. 102, 13: *animae temperatis*] *anima|&enimperatis* B: *anima & enim peratis* MV (*peractis* V). P. 103, 9: *pabuli sarcina*] *pabulisarcina* (*c* a *t* vix discerni potest) B: *pabulis articina* MV (hoc ex *ar*^{ci}*tina* ortum esse videtur). P. 107, 13: *sed ea stupore*] *sede|a stupore* B: *sede astupore* M *sed a stupore* V. P. 111, 6: *persuasum*] *per|uasum* B: *peruasum* MV. P. 115, 2: *obit. unde*] *Ōbitunde* B: *ó bitunde* M. P. 120, 1: *parte scelus*] *partes celus* BMV. P. 129, 3: *ita in civitate*] *ita*^{i}*ncivitate* B: *et in civitate* MV (scilicet *i* non additum litterae *n* sed subditum litterae *a* visum est, dein *it* in *et* mutatum). P. 143, 9: *Tanain*] *tana|in* B: *tana in* M. P. 144, 5: *egelida*] *//gelida* (*e* eras.) B: *gelida* M. P. 145, 7: *spumas agitationibus*] *spuma|sagitationibus* B: *spuma sagittacionibus* M (et V?). P. 149, 15: *sinu id est ex*] *sinuidestex* B, sed postea verba lineolis ita separata sunt: *sin uides ex, t* ex parte deleto: *sin uides ex* V (hic deest M). P. 153, 12: *hiatu reseratum*] *hiatur* (*r* prope ad similitudinem litterae *s* accedit) *esse ratum* B: *hiatus esse raptum* V.

nonnullas lacunas et corruptelas praebeat, quibus MV carent, illud mihi verisimile videtur, MV non ex ipso B, sed ex aliquo eius apographo pendere compluribus locis correcto.[1])

Quod ad orthographiam pertinet[2]), multas antiquas et genuinas formas servavit B, v. g.: *derectim, deversorium, Vergilius, intellegere, neglegentia, adulescens, pinna, hariolus, Hadriaticum, heiulare, umor* (item *umidus, umescens, umectior*), *umerus, paenitet, caenum, caerimoniae, taeter, formonsus, thensaurus.*[3])

In verbis compositis magna inaequalitate laborat; plerumque tamen praepositionum consonantem finalem non adsimilat.

In usu litterae *h* plurifariam peccat, quae et in verbis Graecis et in Latinis nunc omittitur, nunc perperam adicitur, nunc loco movetur.

Aliquoties consonantes falso geminantur, ut in *persiccum, affrica, summatur, climmatum, oppacos, suppremum, appelles (= Apelles), terrentiana (= Terentiana), appossitum, brittania*, aut rursus semel tantum ponuntur, ut in *redidisse, solicitatus, ilud, suplicium, praecurant (= praecurrant), curendi, succesit, accesit, posumus, dimisus, atticisaverit, necesitatem, permitens, aticos (= Atticos).*

Persaepe inter se confunduntur *ae* et *e*, ut in *quae* (pro *que*), *illae* (p. *ille*), *lucerae* (p. *lucere*), *undae* (p. *unde*), in adverbiis (*absolutae, adprimae, indecorae, intimae, longae, musicae, perfectae, perspicuae, rectae, sanae, supernae, tempestivae*, p. *-e*), et contra in *que* (p. *quae*), *ille* (p. *illae*), in adiectivis (*facete, postreme, profunde, rapide, summe, vere*, p. *-ae*), — cetera, adeo sunt multa, enumerare piget;

oe et *e*, ut in *caeloesti, cepissent, petae* (p. *poetae*);

e et *i*, ut in *relegio, oreginis, possessionebus, trismegestus, magestratus, venerabileter, conflectu, perspecuus, tonetru, degestus* (p. *digestus*), *aeres* (p. *aëris*), et contra

1) V. *Étude etc.*, p. 121—123 [p. 21—23].

2) V. *Étude etc.*, p. 123—136 [p. 23—36].

3) Superlativi formam *optumus* quater praebet B (p. 97, 3; 99, 15; 100, 17; 120, 18).

in *incripitu, aristotelis* (p. *Aristoteles*), *displiciant, choriis, terriginae, recupirantes, disperatis, dispondente;*

i et *y* in Graecis: *cigni, dionisium, dytyrambis, lybia, olimpi, sybillae,* et in Latinis: *inclyte, hyrsutum, incynum* (p. *inguinum*), *medioxymos, nymbis;*

o et *u*, ut in *odis* (p. *udis*), *iocunditate, luxoria, mercorio, fulgorator, scripolosissimo, nebolis* (p. *nebulis*), *copolis* (p. *copulis*), *nubecola* (p. *nubecula*), *modolatus* (p. *modulatus*), *totius* (p. *tutius*), *cognoscator, volvator, revolvator* (p. *-tur*), *frigos,* et contra *rutunda, rutunditas, rutundare, nucturnus, inprobatur* et *praemonitur* (p. *-tor*), *atropus* (p. *Atropos*);

b et *v*, ut in *fribolis, mobentibus, metabenit* (p. *meta venit*), *debehitur, vaesubius, ubidis, iubenali,* et contra in *acervius* et *acervissimorum, ververat* (p. *verberat*), *inver* (p. *imber*), *ignovilis, hiverno, veneficia* (p. *beneficia*), *nutavit* (p. *-bit*), *videvitur* (p. *-bitur*);

c et *g*, ut in *vacatione, docmata, incynum* (p. *inguinum*), et contra in *plagamenta, argenda* (p. *arcenda*), *vatiginia, diguntur* (p. *dicuntur*), *congessus* (p. *concessus*), *congretae, grateribus, consegratum, indigat* (p. *indicat*);

ci et *ti* ante vocalem, ut in *divicias, contemplacione, soluciores, incitacior,* et contra in *efficatia, suspitio;*

d et *t*, ut in *ad* (p *at*, frequentissime), *adque* (p. *atque*), *inquid* (p. *inquit*), *adlanticum* (p. *Atlanticum*), et contra in *at instar* (p. *ad instar*), *atmoventibus* (p. *admoventibus*), *atquiritur* (p. *adquiritur*), *aliquit, aliut, illut, istut, aput, aut* (p. *haud*);

f et *ph* inconstanter in Graecis usurpantur, v. g. *filosophus, philosofus, filosofia, filosophia, philosofia;*

g pro *i* (semison.) invenitur in *congungit* (p. *coniungit*), *magores* (p. *maiores*);

sc pro *ss* occurrit in *poscit* (p. *possit*), *capescere* (p. *capessere*).

Declinationum formae hae memorandae videntur:

in secunda declinatione genet. sing. *Lucreti, Dionysi, Mercuri;*

dat. et ablat. plur. *medis, supplicis, stipendis, caerimonis, obsequis, alis, reliquis* (p. *-iis*);

in tertia nomin. sing. *vulpis* (ubique); genet. *Socrati*, semel tantum (p. 85, 7) *Socratis*[1]); acc. *Aristotelen;* accusat. plur. in *-is*, qui frequentissime reperitur.

Pronominum *hic, is, idem* formae, ut saepe fit in libris manuscriptis, contaminantur et permiscentur, ut *hii* (p. *ii*), *hiis* (p. *iis*), *ehae* (p. *eae*), *hisdem* (p. *iisdem* vel *isdem*), *isque* (p. *hisque*), *hii* (p. *hi*).

Mendorum, quae Bruxellensi propria sunt, exempla hic exscribere nolui, cum ea ex adnotatione nostra quivis facile sumere possit.[2])

Quibus rationibus adductus sim, ut credam codicis nostri archetypon fuisse librum aetate Carolina, fortasse saeculo IX. ineunte, exaratum, alibi docui.[3])

Correctores tres (praeter ipsum librarium) in emendando codice laborasse existimat Rohdius[4]); ego plures fuisse pro certo habeo.[5]) Quorum omnium facile princeps est ille, quem siglo B^2 vel *m. 2* signamus, saeculi, ut mihi quidem videtur, saeculi XI. exeuntis. Usus est litterulis minutis, sed compositis et claris, atramento pallidiore. Fuit vir, ut tempora illa ferebant, non indoctus.[6]) Correctiones eius plus trecentas numeravimus

---

1) Aequabilitatis ac perspicuitatis causa formam *Socratis* ubique recepi, etsi meliores codices *Socrati* semper fere exhibent; quod num recte fecerim nunc vehementer dubito.

2) Nonnulla, quae ad indolem codicis eiusque archetypi declarandam pertinerent, collegi in commentatione mea (*Étude etc.*, p. 136—140 [p. 36—40]).

3) V. *Étude etc.*, p. 140 [p. 40].

4) L. cit. p. 147. Cf. *Étude etc.*, p. 141 [p. 41].

5) Correctiones, quas manui tertiae tribuit Rohdius, ad duos minimum auctores referendas censeo: ea est atramenti ac scripturae varietas. Praeterea alia manus saeculi, ut videtur, XII., nigriore atramento et crassioribus litteris insignis, aliquot locos correxit (p. 89, 1; 93, 6; 98, 14; 103, 7 et 14; 145, 8; 146, 3; fortasse etiam p. 12, 2).

6) Lectionem *hos prosperare* e. q. s. (p. 20, 4) ab Augustino mutuatus est. Locum ex Augustino (de civ. dei XVIII 3) in Asclepii initio adscripsit.

(neque librum de mundo attigit), ex quibus circiter CXX nusquam alibi invenimus.[1]) Hinc magna oritur quaestio, utrum has ex aliquo eximio codice nunc deperdito excerpserit an ipse coniectura repperit. Atque illud quidem opinatus est Rohdius[2]), cui adsentiri non possum.[3]) Nam pauca illa, quae recte vel probabiliter restituta solus praebet B², non sunt eiusmodi, ut non ab homine mediocriter ingenioso excogitari potuerint, quae autem temere et inepte mutavit tam multa sunt, ut non dubites quin suo Marte rem egerit. Neque aliter de ceteris correctoribus iudicandum est[4]), qui in orthographia, praesertim in consonantibus adsimilandis vulgaribusque formis reponendis, operam consumpserunt, litteras vel syllabas omissas suppleverunt, paucissima commode, pleraque foede vel e deterioribus codicibus vel e suopte ingenio novaverunt. Quare non operae pretium duxi istorum manus (quod sane lubricum est) distinguere eosque acervatim in apparatu critico nota *corr. post.* designavi.

Iam de codicibus a Goldbachero usurpatis breviter agendum est.

Ad priorem potioremque familiam (α) pertinent: Monacensis (M) saec. XII. Insunt: de deo Socratis liber, Asclepius, de Platone et eius dogmate libri II, de mundo liber usque ad c. 12 'vel hiatibus terrae explosi ad' (p. 148, 3 ed. nostrae). Initium libri de deo Socratis ('Qui me voluistis — quanto enim') bis scriptum est. Hunc codicem praefecti bibliothecae Monacensis beneficio huc transmissum denuo contuli, paucula, quae Goldbacheri diligentiam fugerant, adnotavi.

Vaticanus (V) saec. XII. Insunt: de deo Socratis liber, Asclepius, de Platone et eius dogmate libri II (desunt l. II, c. 21 'quia solus sapiens' — c. 24 'ut omnes una'),

1) Cf. *Étude etc.*, p. 162—143 [p. 42—43].
2) L. cit., p. 150—151.
3) V. *Étude etc.*, p. 143—146.
4) V. *Étude etc.*, p. 146—147.

de mundo liber (desunt c. 25 'quanto finitima sunt ei' — c. 31 'proventus artium commoditates' et omnia inde a c. 32 'Atheniensibus praesidet' usque ad finem). V ex eodem libro, e quo M, sed multo neglegentius descriptum esse iure suo adseverat Goldbacherus; quamobrem eum tantummodo in libris de Platone et de mundo adhibere satis habuit. Quod etsi aliquatenus excusari potest, tamen in reliquis testimonio haudquaquam inutili aegre caremus. Neque nobis per tempora licuit hoc incommodum sarcire.

Gudianus (G) saec. XIII. Insunt: Asclepius et de deo Socratis liber. Postremum folium, quod incipit a c. 22 'sed in istis omnibus' (p. 32, 16) ab alio librario et ex alio exemplari descriptum est.

Parisinus 8624 (A) saec. XIII. Insunt: de deo Socratis liber et de Platone et eius dogmate liber I usque ad c. 15 'mollesque perturbet' (p. 99, 20).

Ad alteram deterioremque familiam (δ) pertinent:

Parisinus 6634 (P) saec. XII. Laurentianus (L) saec. XII. vel XIII. Florentinus olim Marcianus (F) saec. XII.	Hi tres omnia Apulei scripta, quae sunt de philosophia, integra continent.

Codicem F, cum a. 1903 Florentiae paucos dies morarer, inspexi Goldbacherique collationem uno atque altero loco correxi.

Nullos praeterea libros manuscriptos adhibui. Nam codicem Musei Britannici add. 11983, saec. XII., qui Asclepium continet, ex specimine, quod benevolentiae viri doctissimi E. W. Brooks debeo, minimi pretii esse intellexi. Turbam vero interpolatorum codicum (ς) consulto reliqui, si quid boni ex ista sordium congerie alii editores eruerunt, enotasse contentus.

In oratione scriptoris constituenda B, ut par erat, ducem secuti sumus. Nam saepe solus vel genuinam lectionem servavit, vel eam, unde nullo negotio verum elicere possis, cum librarius bona fide egerit. Habet sane sua menda, sed ea merae socordiae atque imprudentiae attribuenda sunt. Adde quod in fine libri de mundo, ubi

M et V nos deficiunt, familiae α unicus testis est. Fuerat animus omnes omnino optimi codicis lectiones, etiam levissimas, exhibere; sed veritus, ne pusillarum rerum mole liber praeter modum cresceret neve lectoribus nauseam moverem, multa, quae ad orthographiam spectant, aliaque minuta omisi. Neque ignoro fore ut in his mihi parum constare nonnullis videar; qui si reputaverint, quam difficili in re versatus sim, titubanti, spero, ignoscent.

Ceterorum librorum scripturas non omnes attuli, sed eas delegi, quae alicuius momenti essent, ita ut sine rationis criticae detrimento brevitati consulerem.[1])

Multum ad emendationem post Goldbacherum contulerunt viri docti, inprimis Lütjohann, Koziol, Rohdius, Krollius, Novák, Sinko; quorum commentationes diligenter excussi, correctiones partim in textum recepi, partim in notis commemoravi, paucis exceptis, quae mihi parum utiles videbantur. De coniecturis meis penes alios iudicium erit.

Testimoniorum numerum aliquantum auxi. Hermetis Trismegisti, quae feruntur, scripta cum Asclepio contuli, arduum mehercule opus ac taedii plenum! in quo si quid peccavi, ab aequis iudicibus veniam peto.

Bibliopolae honestissimi rogatu librum Apulei, qui fertur, *περὶ ἑρμηνείας* subiunximus. Qui liber cum bis nuper et a Goldbachero (a. 1885) et a Meissio (a. 1886) diligentissime editus esset, in angustos sane fines deducta est opella nostra. Copiis a Goldbachero et Meissio comparatis ita usi sumus ut optimorum codicum Carnutensium (G et C) integram (praeter pauca orthographica) varietatem lectionis, reliquorum autem scripturas selectas exscriberemus. Carnutensem utrumque Gandavi inspicere ex auctoritate

1) De fallaci codicis F indole recte iudicavit Goldbacherus (praef., p. XI), qui tamen speciosis eius lectionibus aliquotiens deceptus est. Ac vereor ne mihi ipsi quoque interpolatoris sollertia interdum fucum fecerit.

publica nobis concessum est: nec sine fructu. Apparuit enim G saeculi XI., C vero XII. esse atque illum huic alteri cum antiquitate tum bonitate antecellere.[1]) De ceteris, ne rem actam, quod aiunt, agere videamur, ad Goldbacherum Meissiumque lectorem remittimus.

Plurimi sunt, qui nos in hac editione paranda benigne adiuverunt. Inter quos praecipue nominandi sunt ornatissimi viri praefecti bibliothecarum Gandavensis, Bruxellensis, Monacensis, Carnutensis; Gulielmus Kroll, quo auctore hoc opus suscepi, Robertus Novák, Thaddaeus Sinko, Rudolfus Helm, Robinson Ellis, J. J. Hartman, A. J. Kronenberg et, quem litterae antiquae lugent, J. van der Vliet; collegae familiarissimi Josephus Bidez, Franciscus Cumont, Henricus Pirenne, Leo Parmentier, M. A. Kugener. His omnibus gratias ago maximas.

Scribebam Gandavi mense Novembri 1907.

1) Aliter iudicarunt Goldbacherus (p. 256) et Meissius (p. 11—12).

INDEX EDITIONUM ET DISPUTATIONUM

quae post Goldbacheri editionem (a. 1876) in lucem prodierunt quibusque in hac editione paranda usus sum.

C. Brakman, *Apuleiana.* Revue de l'Instruction publique en Belgique, L (1907), p. 289—300. — Id. *Ad Asclepium.* Ibid. p. 301—304.

Theod. A. G. Buckley, *L. Apuleii Madaurensis de deo Socratis liber singularis* (cum epistula Georg. Burges.). Londini, 1844.[1]

H. Diels, *Zwei Fragmente Heraclit's.* Sitz.-Ber. d. K. Preuß. Akademie der Wissenschaften zu Berlin. Philos.-histor. Classe, 1901, p 188—201.

R. Ellis, *editionis Lütjohann. censura.* Academy, 1880, p. 313.

Fr. Gatscha, *Quaestionum Apuleianarum capita tria.* Vindobonae, 1898. (Dissertat. philolog. Vindobon. vol. VI.)

A. Goldbacher, *Liber περὶ ἑρμηνείας, qui Apulei Madaurensis esse traditur.* Wiener Studien, VII (1885), p. 253—277.

C. Justice, *Note sur Apulée.* Revue de l'Instruction publique en Belgique, XLII (1899), p. 263.

Alfr. Kirchhoff, *De Apulei clausularum compositione et arte.* Jahrbücher f. class. Philologie, Supplementbd. XXVIII (1903), p. 1—56.

H. Koziol, *editionis Goldbacher. censura.* Zeitschrift f. d. österreich. Gymnas., XXVIII (1877), p. 746—750.

W. Kroll, *Apuleiana.* Rhein. Mus. N. F., LIII (1898), p. 575—584.

A. J. Kronenberg, *Ad Apuleium.* Classical Review, XVIII (1904), p. 442—447.

Fr. Leo, *Lexikalische Bemerkungen zu Apuleius.* Archiv f. latein. Lexikographie und Grammatik, XII (1902), p. 95—101.

Chr. Lütjohann, *Apulei de deo Socratis liber.* Greifswald, 1878. Progr. no. 103.

Ph. Meiss, *Apuleius' περὶ ἑρμηνειῶν.* Lörrach, 1886. Progr.

L. Ménard, *Hermès Trismégiste, traduction complète.* Paris, 1866.

1) Editionem Goldbacheriana antiquiorem ideo memoravimus, quia Goldbachero non contigit, ut eam inspiceret (*Praef.*, p. XIV).

R. Novák, *Quaestiones Apuleianae*. Pragae, 1904. (Ex Ephemeridis 'České Museum filologické' vol. X. commentatio seorsum expressa.)
Gust. Parthey, *Hermetis Trismegisti Poemander*. Berolini, 1854.
R. Reitzenstein, *Poimandres*. Leipzig, Teubner, 1904.
R. Reitzenstein, *Zum Asclepius des Pseudo-Apuleius*. Archiv f. Religionswissenschaft, VII (1904), p. 393—411.
O. Ribbeck, *Apuleius de deo Socratis*. Rhein. Mus., XXXIII (1878), p. 434—438.
Erwin Rohde, *editionis Goldbacher. censura*. Jenaer Literaturzeitung, 1876, p. 779—782.
Erwin Rohde, *Zur handschriftlichen Ueberlieferung der philosophischen Schriften des Apulejus*. Rhein. Mus., XXXVII (1882), p. 146—151.
Thadd. Sinko, *Coniectanea*. Wiener Studien, XXV (1903), p. 158—159.
Thadd. Sinko, *De Apulei et Albini doctrinae Platonicae adumbratione*. Cracoviae, 1905. (Seorsum impressum e tomo XLI dissertationum philolog. classis Academiae litter. Cracoviensis.)
Thadd. Sinko, *Lucricupido, -onis*. Archiv f. latein. Lexikographie und Grammatik, XIV (1905), p. 125—126.
F. Skutsch, *Grammatisch-lexikalische Notizen*. Archiv f. latein. Lexikographie und Grammatik, XII (1902), p. 200.
P. Thomas, *Remarques critiques sur les oeuvres philosophiques d'Apulée*. Bulletins de l'Académie royale de Belgique, 3e série, XXXV (1898). — *Id.*, 2e série. Bulletins de l'Acad. roy. de Belg. (Classe des lettres etc.), 1899, p. 470—484. — *Id.*, 3e série. Ibid., 1900, p. 143—165. — *Id.*, 4e série. Ibid., 1900, p. 499—512. — *Id.*, 5e série Ibid., 1905, p. 78—86. — *Id.*, 6e série. Ibid., 1905, p. 153—177. (Exstant seorsum expressa.)
P. Thomas, *Étude sur la tradition manuscrite des oeuvres philosophiques d'Apulée*. Bull. de l'Acad. roy. de Belg. (Classe des lettres etc.), 1907, p. 103—147. (Exstat commentatio seorsum expressa.)
P. Thomas, *Notes critiques sur les opuscules philosophiques d'Apulée*. Mélanges Boissier, p. 435—438. Paris, 1903.
J. van der Vliet, *Ad Apuleium*. Mnemosyne, N. S., XVI (1888), p. 156—161.
J. van der Vliet, *Lucii Apulei Madaurensis Apologia sive de magia liber et Florida*. Lipsiae, in aedibus B. G. Teubneri, 1900.
C. Weymann, *Studien zu Apuleius und seinen Nachahmern*. Sitz.-Ber. der Münchner Akademie der Wissenschaften, Philol.-histor. Klasse, 1893, II, p. 321—392.

CONSPECTUS SIGLORUM.

ω = omnium codicum consensus.

Codices ad libros de deo Socratis, de Platone et eius dogmate, de mundo, nec non ad Asclepium adhibiti:

α = codices melioris notae:

B = Bruxellensis 10054—10056 saec. XI.
M = Monacensis 621 saec. XII. (desinit p. 148, 3).
M* = eiusdem codicis folium primum initium libri de deo Socratis (usque ad p. 2, 6) continens, quod deinceps iterum exscriptum est.
V = Vaticanus 3385 saec. XII. (desunt p. 124, 7—p. 128, 11; p. 161, 5—p. 167, 14; p. 168, 9 usque ad finem); in libro de deo Socratis et in Asclepio non conlatus.
G = Gudianus 168 bibliothecae Guelferbytanae saec. XIII. Asclepium et librum de deo Socratis continens.
A = Parisinus 8624 saec. XIII. librum de deo Socratis et de Platone et eius dogmate librum I. usque ad p. 99, 20 continens.

δ = codices deteriores:

P = Parisinus 6634 saec. XII.
L = Laurentianus plut. LXXVI cod. 36 saec XII vel XIII
F = Florentinus, olim Marcianus 284 saec. XII.

ς = alii codices interpolati.
Ed. Rom = editio princeps Romana a. 1469.
Ed. Ald. = editio Aldina a. 1521.
Ed Iunt. II = editio Iuntina altera a. 1522.

Codices ad librum περὶ ἑρμηνείας adhibiti:

G = Carnutensis 100 (olim 92) saec. XI
C = Carnutensis 74 (olim 54) saec. XII.
E = Parisinus 6398 saec. XII.
S = Sangallensis 64 saec. IX.
P = Leidensis 139 B. quem dicunt Petavianum, saec. XI.
L = Leidensis 25 saec. X.
F = Parisinus 6288 saec. X.
D = Parisinus 7730 saec. XI.
B = Bambergensis (bibliothecae capituli Bambergensis) saec. IX.

In textu, quae delenda sunt, uncis [ ], quae addenda, hamis ⟨ ⟩ inclusimus; lacunae stellulis *** indicantur; crux † locis mendosis necdum sanatis apponitur.

In apparatu critico /// rasuras indicat; versus finem lineola signat; litteras et syllabas omissas, postea vel ab ipso librario vel a correctore suppletas semicirculis ( ) saepsimus; *ss.* = *suprascriptum* vel *suprascripsit*; *exp.* = *expunctum* vel *expunxit* etc.

VIRORUM DOCTORUM NOMINA PRIMIS LITTERIS NOTATA.

Cas. = Casaubonus. — *Colv.* = Colvius. — ***Elm.*** = Elmenhorst. — ***Flor.*** = Floridus. — *Gold.* = Goldbacher. — ***Hild.*** = Hildebrand. — *Lips.* = Lipsius. — *Lütj.* = Lütjohann. — ***Merc.*** = Mercerus. — *Oud.* = Oudendorp — *Salm.* = Salmasius. — *Scal.* = Scaliger. — *Sciopp.* = Scioppius. — *Scriv.* = Scriverius. — *Stew.* = Stewechius. — *Vulc.* = Vulcanius. — ***Wow.*** = Wowerius.

ADDENDA.

p. 1, 7: schedio ⟨incompto⟩ et incondito ***Brakman.***

p. 24, 15: in Africa Mopsus] in Cilicia Mopsus ***tentavit Cumont, sed Apuleius Mopsum, Apollinis filium, cum Mopso, Ampyci filio, confudisse videtur.***

[De deo Socratis. Prologus.]

<EX APULEI FLORIDIS.>

Ed. Oud. I

Qui me voluistis dicere ex tempore, accipite rudimen- 103
tum post experimentum. quippe prout mea opinio est, 104
bono periculo periculum faciam, postquam re probata
meditata sunt, dicturus incogitata. neque enim metuo
ne in frivolis displiceam, qui in gravioribus placui. sed
ut me omnifariam noveritis, etiam in isto, ut ait Lucilius,
schedio *** et incondito, experimini, an idem sim repentinus,
qui praeparatus. si qui tamen vestrum nondum subitaria
ista nostra cognostis, quae scilicet audietis pari labore,
quo scribimus, venia propensiore, quam legimus. enim
sic ferme adsolet apud prudentes viros esse in operibus
elaboratis iudicatio restrictior, in rebus subitariis venia

6 cf. Festus p. 334 ed. M. et Petron. Satir. 4 11 'solet apud prudentes — prolixior' Vincentius Bellov. Spec. doctr. V 94 et Spec. hist. IV 7

De separatione fragmentorum, quae inepte in istum quem vocant 'prologum' conflata sunt, vide quae in Actis Acad. Belg. a. 1900, p. 148 sq. disputavimus; cf. ed. Floridorum, quam curavit v. d. Vliet (1900), p. 190 sq.

APULEI PLATONICI MADAURENSIS INCIPIT | DE DEO SOCRATIS FELICITER *rubro colore* B *et item* M

3 faciam post *om.* M (*spat. vac. rel.* M[t]) | post · qua · re B qua re M[e] quarê M postquam mire *Goldb.* 4 sunt *Lips.*: sum ω 7 *post* schedio *lacunam significavi; excidit fort.* rudi (*cf. Tac. Agr.* 3) subitario *supplet Marx ad Lucil. v.* 1279 *et secius Wower., quem plerique edd. secuti sunt* 8 qui *ante* praeparatus *om.* BM (ꝰ = et *inseruit m. post.* B) 9 cognostis BF: cognoscitis *cett.* | favore *pro* labore *v. d. Vliet* 10 enim sic *recte* B: sic enim *cett.* 11 adsoleat BM[a] | esse (in ꝑ *eras.*; vel quidem *ss. m.* 2) B esse prae in M | ope(ri)bus (*corr. m. post.*) B opibus M 12 iudicatio | //re strictior (o *eras.*) B

105 prolixior. scripta enim pensiculatis et examinatis, repentina autem noscitis simul et ignoscitis: nec iniuria. illa enim, quae scripta legimus, etiam tacentibus vobis talia erunt, qualia inlata sunt; haec vero, quae inpraesentiarum et quasi vobiscum parienda sunt, talia erunt, qualia vos illa favendo feceritis. quanto enim *** exinde orationi modificabor *** vos animadverto libenter audire. proinde in vestra manu situm est vela nostra sinuare † etiam
106 mittere, ne pendula et flaccida neve restricta et caperrata sint.

II At ego, quod Aristippus dixit, experiar. Aristippus ille Cyrenaicae sectae repertor, quodque malebat ipse, Socratis discipulus, eum quidam tyrannus rogavit, quid illi philosophiae studium tam inpensum tamque diutinum profuisset. Aristippus respondit: 'ut cum omnibus', inquit, 'hominibus secure et intrepide fabularer'.

III Verbo subito sumpta sententia est, quia de repentino oborta est, quasi velut in maceria lapides temerario in[ter]iectu poni necesse est neque interiecto intrinsecus pondere neque conliniato pro fronte situ neque conniven-
107 tibus ad regulam lineis, quippe qui structor orationis huius egomet non e meo monte lapidem derectim caesum adferam,

---

15 Diog. Laert. II 68

---

5 parienda *Rohde*: part(i)enda (*corr. m. post.*) B parcenda M[a] parti|//enda (*una litt. eras.*) M partienda *cett.* 6 favendo *unus* ς *et ed. Rom.*: facienda B faciendo *cett.* 6—7 *post* enim *et post* modificabor *lacunam significavi* 8 situm est GF: situm esse *cett.*; *fort. excidit verbum principale, v. g.* scitote | etiam mittere α et iam mittere δ (etiam remittere F) et immittere *Oud.* 11 quo (modo *ss. m. 2*) B | *post* experiar *interpunxi* 12 ille renaicae (*spat. 2 litt. vac. rel.*) B | quod quem|alebat B 13 Socratis F: Socrati *cett.* (*sed* s *add. m. post.* B *et item* M) 17 compta *pro* sumpta *Wilamowitz* 19 iniectu *Ellis et v. d. Vliet*: interiectu ω | interiecto *suspect.* (intersecto G) 20 conliniato (*alterum* i *in ras.*) B | coniventibus G: conhibentibus B co////hibentibus (*2 litt. eras.*; hib *ex* niv *corr.*) M conibentibus F cohibentibus *vel* conhibentibus *cett.* 22 montem B | derectim B: directim PF directum *cett.*

probe omnifariam conplanatum, laeviter ex[op]timas oras
ad unguem coaequatum, sed cuique operi adcommodem
vel inaequalitate aspera vel laevitate lubrica vel angulis 108
eminula vel rotunditate volubilia, sine regulae correctione
et mensurae parilitate et perpendiculi sollertia. nulla
enim res potest esse eadem festinata simul et examinata
nec est quicquam omnium, quod habere *** et laudem
diligentiae simul et gratiam celeritatis.

Praebui me quorundam voluntati, qui oppido quam IV
a me desiderabant[ur], ut dicerem ex tempore. at est
hercule formido, ne id mihi evenerit, quod corvo suo
evenisse Aesopus fabulatur, id erit, ne, dum hanc novam
laudem capto, parvam illam, quam ante peperi, cogar
amittere. sed de apologo quaeritis: non pigebit aliquid
fabulari. corvus et vulpes unam offulam simul viderant
eamque raptum festinabant pari studio, inpari celeritate, 109
vulpes cursu, corvus volatu. igitur ales bestiam praevenit
et secundo flatu propassis utrimque pinnis praelabitur et
anticipat, atque ita praeda simul et victoria laetus sublime
evectus in quadam proxima quercu in summo eius cacumine tutus sedit. eo quoque tamen vulpes, quia lapidem

5 'nulla res — celeritatis' Vincentius Bellov. Spec. doctr. V 94 et Spec. hist. IV 7 12 Phaedr. fab. I 13. Babrius 77. Fab. Aesop. 204 et 204b ed. Halm

1 extimas oras *Salm.*: exoptimas oras B oras *tantummodo spatio 8 vel 9 litt. inter* complanatum *et* oras *vac. rel.* M ex optimas oras P ex optimis oris *cett.* 2 ad ungui (*in fine versus*) B | undique *pro* cuique *Lütj.*; *malim* utcumque 4 rotunditate F: rotunda *cett.* 7 nec est GA: necesse est Bδ (necesse est P[2] nec esse F) *om. spat. 20 fere litt. vac. rel.* M | *post* habere *lacunam significavit Goldb.* possit *ap. Vincent Bellov. et in nonnullis codd. interpolatum* queat *add. Koziol* quod habeat *edd.* 9 praebui// (t *eras.*) B | oppi BM | quam *Rohde*: quae ω 10 desiderabant *Rohde*. desiderabantur ω | at *Lütj.*: et ω | est: ex (vel est *ss. m. 2*) B 12 es//opus (t *eras.*) B | id erit (vel id est *ss. m. 2*) B 13 parvam AF: parum *cett.* 15 vulpis *pro* vulpes *ubique* B 19 anticipat atque: anticipata// (q *eras.*) B 21 quia lapidem B: qui (quae G) alipedem (alipidem M) *cett.*

nequibat, dolum iecit. namque eandem arborem successit et subsistens, cum superne raptorem praeda ovantem videret, laudare astu adorta est: 'ne ego inscita, quae cum alite Apollinis frustra certaverim, quippe cui iam pridem corpus tam concinnum est, ut neque oppido parvum neque nimis
110 grande sit, sed quantum satis ad usum decoremque, pluma mollis, caput argutum, rostrum validum. iam ipse alis persequax, oculis perspicax, unguibus pertinax. nam de colore quid dicam? nam cum duo colores praestabiles forent, piceus et niveus, quibus inter se nox cum die differunt, utrumque colorem Apollo suis alitibus condonavit, candidum olori, nigrum corvo. quod utinam sicuti cygno cantum indulsit, ita huic quoque vocem tribuisset, ne tam pulchra ales, quae ex omni avitio longe praecellit, voce viduata, deliciae facundi dei, muta viveret et elinguis!' id vero ubi corvus audit, hoc solum sibi prae ceteris deesse, dum vult clarissime clangere, ut ne in hoc saltem olori concederet, oblitus offulae, quam mordicus retinebat, toto rictu hiavit atque ita, quod volatu pepererat, cantu amisit; enimvero vulpes, quod cursu
111 amiserat, astu recuperavit. eandem istam fabulam in pauca cogamus, quantum fieri potest cohibiliter: corvus ut se vocalem probaret, quod solum deesse tantae eius formae vulpes simulaverat, groccire adortus praedae, quam ore gestabat, inductricem conpotivit.

---

2 ovandam (vel tam *ss. m. 2*) B **4** frusta B **7** alis B: ales *cett.* **8** persequax B: *om. cett.* (*post* oculis *pro* perspicax *posuit* F) **9** nam *delendum censet Wilamowitz* **12** //olori (c *eras.*) B **13** hu(i)c (*corr. m. 1*) B **15—16** vivere tete linguis B **17—18** in hoc *Goldb.*: id hoc ω hoc *seclus. v. d. Vliet*; *cf. Leo, Archiv. XII 99* **23** proba//ret (*una litt. eras.*) B | tanta B **24** crocire *Flor. fort.* croccire (*cf. Plaut. Aulul. 625*) **25** conpotu|it B compotuit M

EXPLICIT PRAEFATIO · | INCIPIT DISPUTATIO DE DEO SOCRATIS FELITER (*sic*) · B *et item* M (*nisi quod* DISPUTACIO *et* FL̃ *habet*) APULEII MADAURENSIS DE DEO SOCRATIS LIBER · I · INCIPIT · PROLOCUTIO F

Iamdudum scio, quid hoc significatu flagitetis: ut V
cetera Latine materiae persequamur. nam et in principio 112
vobis diversa tendentibus ita memini polliceri, ut neutra 113
pars vestrum, nec qui Graece nec qui Latine petebatis, dictionis huius expertes abiretis. quapropter si ita videtur, satis oratio nostra atticissaverit. tempus est in Latium demigrare de Graecia. nam et quaestionis huius ferme media tenemus, ut, quantum mea opinio est, ⟨p⟩ars ista posterior prae illa Graeca, quae antevertit, nec argumentis sit effetior nec sententiis rarior nec exemplis pauperior nec oratione defectior.

---

2 Latine cetera materiae *Goldb.* cetera materiae Latine *Merc.* | latinę (*sed virgulam add. m. post.*) B latina M latine *vel* latinae *cett.* | materię (*sed virgula eras.*) M **3** vobis *ed. Rom.*: nobis ω **4** patebatis B **7** latium BP (*ex corr.*) F: latinum *cett.* **8** media// (e *eras.*) B | et . . . erit *pro* ut . . . sit *v. d. Vliet* | mea *ex* meo *corr. m. 1* B | opi//nio (o *eras.*) B | pars *Vulc.*: ars ω **10** effętior MPF (*ex* effecior *corr.* M): effectior *cett.* (*sed* c *in ras.* B c *eras. in* A) **11** defectior *ex* defertior *corr. m. 1* B

Post defectior *in eodem versiculo pergit* B; *in* M *alius incipit versiculus*; NARRATIONIS EXORDIUM *praeponit* F

<DE DEO SOCRATIS.>

I 115 Plato omnem naturam rerum, quod eius ad animalia praecipua pertineat, trifariam divisit censuitque esse summos deos. summum, medium et infimum fac intellegas non modo loci disclusione verum etiam naturae dignitate, 116 quae et ipsa neque uno neque gemino modo sed pluribus cernitur. ordiri tamen manifestius fuit a loci dispositione nam proinde ut maiestas postulabat, diis inmortalibus caelum dicavit, quos quidem deos caelites partim visu usurpamus, alios intellectu vestigamus. ac visu quidem cernimus

vos, o clarissima mundi
lumina, labentem caelo quae ducitis annum.

nec modo ista praecipua: diei opificem lunamque, solis 117 aemulam, noctis decus, seu corniculata seu dividua seu protumida seu plena sit, varia ignium face, quanto longius facessat a sole, tanto largius conlustrata, pari incremento itineris et luminis, mensem suis auctibus ac dehinc paribus dispendiis aestimans; sive illa proprio seu

---

August. de civ. dei VIII 14. — cf. Priscianus X 3, 17 (p. 509, 9 H) 1 August. de civ. dei VIII 14 8 Plat. de legg. XI 931 A. — cf. August. de civ. dei X 27 11 Verg. Georg. I 5 sq. — cf. August. de civ. dei IX 16 14 cf. Lucret. V 705 sq.

---

2 praecipua *Merc.*: praecipue ω | pertinet *Lütj.* 6 cernitur A: cernit *cett.* (discernit F) | fuit | ita loci B 13 solem *ante* diei *add. edd. vett., quod probat Lütj.* 16 facessat a *in ras. m. 1* B | tant$\overset{o}{a}$ (*corr. m. fort. 1*) B | largius *Goldb.*: longius ω 17 mensem Bδ: menses *ex* mensis *corr. m. 2* M mensis GA 18 seu: sibi *Rohde* sibi et *Lütj.* et *Dousa* ceu *Oud.* seu *del. Lips.*

perpeti candore, ut Chaldaei arbitrantur, parte luminis
conpos, parte altera cassa fulgoris, pro circumversione
oris discoloris multiiuga pollens speciem sui variat, seu
tota proprii candoris expers, alienae lucis indiga, denso 118
corpore sed laevi ceu quodam speculo radios solis obstipi
vel adversi usurpat et, ut verbis utar Lucreti,

notham iactat de corpore lucem:

utra[que] harum vera sententia est — nam hoc postea II
videro —, tamen neque de luna neque de sole quisquam 119
Graecus aut barbarus facile cunctaverit deos esse, nec
modo istos, ut dixi, verum etiam quinque stellas, quae
vulgo vagae ab inperitis nuncupantur, quae tamen inde- 120
flexo et certo et stato cursu meatus longe ordinatissimos
divinis vicibus aeternos efficiunt. varia quippe curriculi
sui specie sed una semper et aequabili pernicitate tunc
progressus, tunc vero regressus mirabili vicissitudine ad-
simulant pro situ et flexu et † abstituto circulorum, quos
probe callet, qui signorum ortus et obitus conperit. in

---

5 cf. Ennius ap. Fest. p. 193 ed. M. 6 Lucret. V 575 sq.
18 cf. Catull. 66, 2.

---

3 multiiuga (vel va *ss. m. 2*) B | pollens *post* candore (*supra v. 1*) *transponendum censeo, nisi malis* specie *scribere, ut sit* variat *intransit.* 4 ali(e)nae (*corr. m. 2*) B | indiga *ed. Rom.*: indicia ω indigua *Hild.* 5 corpore sed *scripsi*: corporis & (& *expunxit et* eu *ss. m. 2*; *postea* s & *cum* eu *delevit et* seu *superscr. m. post.*) B corpori seu MGA corpore seu δ corpore et *Rohde* | ceu *ex corr.* M *et vulg.*: seu ω | radios *Wow.*: radiis ω | obstipi *Ribbeck*: obstitit ω obstiti *Scal.* 6 Lucreti(i) (*corr. m. post.*) B 7 notham *Wow.*: notam ω | iactat M *ex corr. m. 1* (*fuit* iacta) *et vulg.*: iactam *cett.* (*sed* vel t *ss. m. 2* B) 8 utra *Merc.* (*cf. Cic. Parad. III 2, 24*): utraque ω utra⟨cum⟩que *Zink* | (h)arum (*corr. m. post.*) B | ver//a (s *eras.*) B 12 nuncupatur B 13 statio B 14 aeterno B, *fort. recte* 15 et *ante* aequabili *om.* B 15—16 tunc progressus tunc vero amens tum autem regressus (*sic*) B, *quod quid sibi velit, nescio inter* tunc vero *et* regressus *spat. 20 fere litt. vac. rel.* M 17 obstito *Scaliger* obstipo *Ribbeck* obstitu *Leo*

eodem visibilium deorum numero cetera quoque sidera qui cum Platone sentis, locato:

Arcturum pluviasque Hyadas geminosque Triones

121 aliosque itidem radiantis deos, quibus caeli chorum comptum et coronatum suda tempestate visimus, pictis noctibus severa gratia, torvo decore, suspicientes in hoc perfectissimo mundi, ut ait Ennius, clipeo miris fulgoribus variata caelamina.

Est aliud deorum genus, quod natura visibus nostris denegavit, nec non tamen intellectu eos rimabundi contemplamur acie mentis acrius contemplantes. quorum in numero sunt illi duodecim numero situ nominum in duo versus ab Ennio coartati:

Iuno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Iovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo

122 ceterique id genus, quorum nomina quidem sunt nostris auribus iam diu cognita, potentiae vero animis coniectatae per varias utilitates in vita agenda animadversas in iis rebus, quibus eorum singuli curant.

III Ceterum profana philosophiae turba inperitorum, vana sanctitudinis, priva verae rationis, inops religionis, inpos veritatis, scrupulosissimo cultu, insolentissimo spretu deos *** neglegit, pars in superstitione, pars in contemptu

123 timida vel tumida. hos namque cunctos deos in sublimi

---

1 August. de civ. dei IX 16 3 Verg. Aen. III 516. 7 Varro de l. L. VII 73 ed. M.; cf. V 19. — Ennii trag. fragm. v. 178 Ribb. 13 Mart. Capella I 42

---

2 platone (l *ex corr.*) B 3 Arcturum ṕh̓v́ɢ́ṫ. B *aliter alii* 4 cohum *pro* chorum *Kiessling, sed cf. Weymann, Stud. zu Apul., p. 345* 6 decore *ed. Rom.*: decori ω (decor M) | perfestimo B 11 contemplantes *vix sanum* contendentes (*tunc* aciem *pro* acie *reponendum*) *vir quidam doctus ap. Oudendorp.* 12 numeroso *pro* numero *Merc., ego conieci* mero 18 et *ante* per *add. m. 2* B | animadversas *Colv.*: animadversae ω | iis *ed. Rom.*: his ω 21 priva *vulg.*: prava ω (parva L) | vere B 22 scripolosissimo inoccultu B | *lacunam post* deos *significavit Goldb.* 24 sublimi (i *fin. in ras.*) B

aetheris vertice locatos, ab humana contagione procul discretos plurimi sed non rite venerantur, omnes sed inscie metuunt, pauci sed inpie diffitentur. quos deos Plato existimat naturas incorporalis, animalis, neque fini ullo neque exordio, sed prorsus ac retro aeviternas, ⟨a⟩ corporis contagione suapte natura remotas, ingenio ad summam beatitudinem perfecto, nullius extrarii boni participatione sed ex sese bonas et ad omnia conpetentia sibi promptu facili, simplici, libero, absoluto. quorum paren- 124
tem, qui omnium rerum dominator atque auctor est, solutum ab omnibus nexibus patiendi aliquid gerendive, nulla vice ad alicuius rei munia obstrictum, cur e[r]go nunc dicere exordiar, cum Plato caelesti facundia praeditus, aequiperabilia diis inmortalibus disserens, frequentissime praedicet hunc solum maiestatis incredibili quadam nimietate et ineffabili non posse penuria sermonis humani quavis oratione vel modice conprehendi, vix sapientibus viris, cum se vigore animi, quantum licuit, a corpore removerunt, intellectum huius dei, id quoque interdum,

---

3 cf. Albini (Alcinoi) introd. c. 10 (ap. C. F. Hermann, vol. VI ed. Plat., app. p. 20 sq.)   15 Plat. Tim. 28 C   16 'non posse — intermicare' August. de civ. dei IX 16

---

2 plurimi// (s *eras.*) B | verantur (vel vene *ss. m. 2*) B **3** praelato (vel plato *ss. m. 2*) B   **4** natura F | incorporales (l *ex* s *corr. m. 1*) B incorporalis *seclusit Wilamowitz* | animalis (vel e *ss. m. 2*) B | fini (vel e *ss. m. 2*) B: fine *cett.*   **5** a// retro (e *exp., deinde eras.*) B | a *add. Burges et Lütj.*   **6** contagione BG (s *add. m. 2* B): contagiones *cett.* | suapte *Flor.*: suaque ω ⟨regione⟩ suaque *Goldb.* **8** bona ω, *sed* vel as *ss. m. 2* B, *quod recepit Vulc.*   **9** absoluto (vel as *ss. m. 2*) B   **9—10** parentem qui *ex corr. m. 1* M *et vulg.*: parentumq. *cett.*   **12** mutua ω, *sed* vel munia *ss. m. 2* B, *quod recepit Vulc.* | ego *Merc.*: ergo ω   **13** caelesti// (a *eras.*) B   **15** incredibili (vel is *ss. m. 2*) B incredibilis G   **16** et *om.* BM etiam *pro* et G | penua ria B **17** autem *post* vix *add. August.*   **18** vigore F: vigori *cett.* **19** removerunt *August.*: moverunt ω | dei GF: diei *cett.* (*sed pr.* i *eras.* B) | et *ante* id *add. Colv.*

velut in artissimis tenebris rapidissimo coruscamine lumen candidum intermicare?

125 Missum igitur hunc locum faciam, in quo non mihi [quidem] tantum, sed ne Platoni quidem meo quiverunt ulla verba pro amplitudine rei suppetere, ac iam rebus mediocritatem meam [in] longe superantibus receptui canam tandemque orationem de caelo in terram devocabo. in qua praecipuum animal homines sumus, quamquam plerique se incuria verae disciplinae ita omnibus erroribus ac piacularibus depravaverint, sceleribus inbuerint et prope
126 exesa mansuetudine generis sui inmane efferarint, ut possit videri nullum animal in terris homine postremius. sed nunc non de errorum disputatione sed de naturae distributione disserimus.

IV

Igitur homines ratione plaudentes, oratione pollentes, inmortalibus animis, moribundis membris, levibus et anxiis mentibus, brutis et obnoxiis corporibus, dissimillimis moribus, similibus erroribus, pervicaci audacia, pertinaci spe, casso labore, fortuna caduca, singillatim mortales,
127 cuncti⟨m⟩ tamen universo genere perpetui, vicissim sufficienda prole mutabiles, volucri tempore, tarda sapientia, cita morte, querula vita, terras incolunt.

---

8 August. de civ. dei VIII 15   15 'igitur homines — terras incolunt' August. de civ. dei IX 8. — 'singillatim — perpetui' id. ibid. XII 10. — 'homines — cita morte' Vincentius Bellov. Spec. doctr. VI 105 et Spec. hist. IV 7

---

1 velut *August.*: vel ω | altissimis *August., sed cf. Suet. Nero 46*   4 quidem *seclus. Colv.*   5 ac iam *Merc.*: faciam ω *seclus. Rohde*   6 in *seclus. Goldb., ante* rebus *transp. Rohde*   9 verae *scripsi*: velle BM (*sed* bellae *ex corr.* B, *quod recepit Vulc.*) *om. cett.*   10 depravaverint *Oud. auctore seclus. Lütj.*   11 exsesa *in* exces(s)a *corr. m. fort.* 1[illegible] | tam *ante* immane *add. m. post.* B   13 dispunctione *pro* disputatione *Lips.* | naturae *ex* natura *corr.* B   14 disserimus *Merc.*: disseremus ω   15 plaudentes: gaudentes *Augustini codex Corbeiensis saec. VII.* claudentes *alii, quod probat Rohde*   17 anxi(i)s (m)entibus (*corr. m. post.*) B | dissimilibus *August.*   18 mo//ribus (l *eras.*) B | simillimis F | pervicaci (a *ex corr.*) B   19 singulatim F   20 cunctim *Lips.*: cuncti ω | universo genere *fort. secludendum*

Habetis interim bina animalia: deos ab hominibus
plurimum differentis loci sublimitate, vitae perpetuitate,
naturae perfectione, nullo inter se propinquo communicatu,
cum et habitacula summa ab infimis tanta intercapedo
fastigii dispescat et vivacitas illic aeterna et indefecta sit,
hic caduca et subsiciva, et ingenia illa ad beatitudinem
sublimata sint, haec ad miserias infimata. quid igitur?
nullone conexu natura se vinxit, sed in divinam et huma-
nam partem ⟨hiul⟩cam se et interruptam ac veluti debi- 128
lem passa est? nam, ut idem Plato ait, nullus deus
miscetur hominibus, sed hoc praecipuum eorum sublimitatis
specimen est, quod nulla adtrectatione nostra contaminan-
tur. pars eorum tantummodo obtutu hebeti visuntur, ut
sidera, de quorum adhuc et magnitudine et coloribus
homines ambigunt, ceteri autem solo intellectu neque
prompto noscuntur. quod quidem mirari super diis in-
mortalibus nequaquam congruerit, cum alioquin et inter
homines, qui fortunae munere opulenti elatus et usque ad
regni nutabilem suggestum et pendulum tribunal evectus 129

---

1 'habetis — infimata' August. de civ. dei IX 12; cf. 13 4 'cum et — dispescant' Prisc. X 3, 17 (p. 509, 9 H.) 10 Plat. Symp. 203 A. — August. de civ. dei IX 16; cf. VIII 18 et 20

---

3 propinquos *Stew.* 4 et habitacula *August. et Priscian.*: ea habitacula ω ab F: *om. cett.* | intercapedine fast. dispescant *Priscian.* 7 sint *om. August.* | infimata *August.*: infirmata ω 9 partem hiulcam se *scripsi*: partem cam (*spat. 3 vel 4 litt. vac. rel.*) se B partem cāse (*in* tāse *corr.*) M partem campse *cett. nihili est glossa* campse (*Corp. gl. Lat. V 584, 4; 657, 7*), *quod quidem ad h. l. pertinet* partem mancam se *Goldb. alia alii* 11 homini *August.* 12 est specimen G *et August.* | contrectatione *August.* | contaminantur GA *et August.*: contaminatur *cett.* 15 ceteri GA: caeteri *ex* caeleri *corr. m. post.* B caeleri M celeri *cett.* | solo intellectu GA: solo intellectu *ex* sola intellecta *corr. m. post.* B sola intellecta *cett.* 16 prompte *pro* prompto *Lütj.* | noscuntur GA: noscuntur *ex* nascantur *corr. m. post.* B nascuntur *cett.* 17 congruerit *in* congrueret *corr. m. post.* B | alioquin B: aliqui// (n *eras.*, ui *in ras.*) M alioqui *cett.* 18 opulentiae latus B 19 nutabilem BF: mutabilem *cett.*

est, raro aditu sit, longe remotis arbitris in quibusdam dignitatis suae penetralibus degens. parit enim conversatio contemptum, raritas conciliat admirationem.

V Quid igitur, orator, obiecerit aliqui, post istam caelestem quidem sed paene inhumanam tuam sententiam faciam, si omnino homines a diis inmortalibus procul repelluntur atque ita in haec terrae tartara relegantur, ut omnis sit illis adversus caelestes deos communio denegata nec quisquam eos e caelitum numero velut pastor vel equiso vel busequa ceu balantium vel hinnientium vel mugientium greges intervisat, qui ferocibus moderetur, morbidis
130 medeatur, egenis opituletur? nullus, inquis, deus humanis rebus intervenit: cui igitur preces adlegabo? cui votum nuncupabo? cui victimam caedam? quem miseris auxiliatorem, quem fautorem bonis, quem adversatorem malis in omni vita ciebo? quem denique, quod frequentissimum est, iuri iurando arbitrum adhibebo? an ut Vergilianus Ascanius

per caput hoc iuro, per quod pater ante solebat?

at enim, o Iule, pater tuus hoc iure iurando uti poterat inter Troianos stirpe cognatos et fortassean inter Graecos proelio cognitos; at enim inter Rutulos recens cognitos si nemo huic capiti crediderit, quis pro te deus fidem

2 'parit — admirationem' Vincentius Bellov. Spec. doctr. VI 38 et Spec. hist. IV 7   17 Verg. Aen. IX 300

1 aditu sit *Goldb.*: aditus et ω | remot$\overset{i}{\text{a}}$s (*corr. m. post.*) B | quibus (*sed* dam *add. m. 2*) B   2 suae *in lacuna add. m. post., ut vid.,* B   4 ali$\overset{c}{\text{q}}$ui (*corr. m. post.*) B 5 pate *ante* faciam *ss. m. post.* B   7 religantur (*sed* i *in ras.: fuit fort.* relegantur) B religantur M   8 nec B: ne *cett.* neque *Lütj.*   9 equiso *Elm.*: aequisitio B equisitio M equitio *cett.*   10 bus equa *in* bos equa *corr. m. post.* B 12 in(i)quis (*corr. m. fort. 1*) B   17 iuri *in* iure *corr.* B 20 iul//e (*una litt. eras.*) B

dicet? an ut [se] ferocissimo Mezentio dextra et telum? 131
quippe haec sola advenerat, quibus propugnabat:

dextra mihi deus et telum, quod missile libro.

apagesis tam cruentos deos, dextram caedibus fessam telumque sanguine robiginosum: utrumque idoneum non est, propter quod adiures, neve per ista iuretur, cum sit summi deorum hic honor proprius. nam et ius iurandum Iovis
iurandum dicitur, ut ait Ennius. quid igitur censes? 132
iurabo per Iovem lapidem Romano vetustissimo ritu? atque si Platonis vera sententia est, numquam se deum cum homine communicare, facilius me audierit lapis quam Iuppiter.

Non usque adeo — responderit enim Plato pro sen- VI
tentia sua mea voce — non usque adeo, inquit, seiunctos et alienatos a nobis deos praedico, ut ne vota quidem nostra ad illos arbitrer pervenire. neque enim illos a cura rerum humanarum sed contrectatione sola removi. ceterum sunt quaedam divinae mediae potestates inter summum aethera et infimas terras in isto intersitae aëris
spatio, per quas et desideria nostra et merita ad deos 133
commeant. hos Graeci nomine daemonas nuncupant, inter

3 Verg. Aen. X 773 8 Cic. de off. III 29, 104 13 [Plat.] Epinom. 984 D et E 18 cf. Apul. Apol. 43 21 August. de civ. dei VIII 22 et 24

1 se *om. ed. Rom.* | Medientio (*corr. m. post.*) B 6 per quod *ed. Rom.* | ne ut *pro* neve *Merc.* 7 propitius (*corr. m. post.*) B | iurandum (*post* Iovis) *seclus. Brant, quod prob. Lütj.* 9 ritu/ (*una litt. eras.*) B 10 atqui *ex* adque *corr. m. post.* B *et ita scripsit Colv., sed* atque *retinendum* (*cf. Hild.*) 13 responderit (*corr. m. post.*) B 15 alienatos *ex* alienatus *corr. m. post.* B 16 illos a cura *Sciopp.*: illa sacra ω (vel al *ss. m. 2* B) 17 huma(na)rum (*corr. m. post.*) B | contrectationē solā B 19 intersito *pro* intersitae *Elm., sed cf. Apul. Apol. 43* [*p. 50, 4 Helm*] 20 ad deos *vulg.*: ad eos ω (*sed* d *ante* eos *ss. m. 2* B) 21 ho/ (c *eras., corr. m. 2*) B | graeco *ex* graeci *corr. m. post.* B *et ita scripsit Colv., quod prob. Lütj.* | daemonas B: daemones *cett.* δαίμονας *ed. Ald.*

⟨terricolas⟩ caelicolasque vectores hinc precum inde donorum, qui ultro citro portant hinc petitiones inde suppetias ceu quidam utri[u]sque interpretes et salutigeri. per hos eosdem, ut Plato in Symposio autumat, cuncta denuntiata et magorum varia miracula omnesque praesagiorum species reguntur. eorum quippe de numero praediti curant
134 singuli [eorum], proinde ut est cuique tributa provincia, vel somniis conformandis vel extis fissiculandis vel praepetibus gubernandis vel oscinibus erudiendis vel vatibus inspirandis vel fulminibus iaculandis vel nubibus coruscandis ceterisque adeo, per quae futura dinoscimus. quae cuncta caelestium voluntate et numine et auctoritate sed daemonum obsequio et opera et ministerio fieri arbitran-
VII 135 dum est. horum enim munus atque opera atque cura est, ut Hannibali somnia orbitatem oculi commin[ar]entur, Flaminio extispicia periculum cladis praedicant, Att[i]o Navio auguria miraculum cotis addicant; item ut nonnullis regni futuri signa praecurrant, ut Tarquinius Priscus aquila obumbretur ab apice, Servius Tullius flamma consuminetur a capite; postremo cuncta hariclorum praesagia, Tuscorum piacula, fulguratorum bidentalia, carmina Sibyl-

4 Plat. Symp. 202 D. — cf. August. de civ. dei VIII 16 15 cf. Cic. de divin. I 24, 48 16 cf. Liv. XXI 63, 13 17 cf. Liv. I 36, 3 sq. Cic. de divin. I 17, 32 18 cf. Liv. I 34, 8 19 cf. Liv. I 39, 1. Val. Max. I 6, 1

1 terricolas, *quod in marg. add. m. 2* B, *inseruit Vulc.* (*male* et *ante* terricolas *legit Rohde; fuit fort.* ĩt = inter, *sed litt. fere evanidae*) caelicolas ⟨terricolas⟩que *Golāb.* 2 qui *in* quae *corr. m. post.* B | citro (vel to *ss. m. 2*; q. *post* citro *add. m. post.*) B | hinc (n *ex corr.*) B 3 utrisque *Usener*: utriusque ω utrimque *Oud.* 4 denuntia B 7 singuli *in* singula *corr. m. post.* B | eorum *seclus. Goldb.* | proinde (vel per *ss. m. 2*) B 8 somniis F: somnis *cett.* 15 hannibalis omnia B | comminentur *Wow.*: comminarentur ω comminitentur *Oud.* 16 flaminino BM | praedicant *Stew.*: praedicent ω | Atto *Oud.*; at//tio (*una litt. eras.*, tio *in ras.*) B attio *cett.* 17 navio// (o *ex* g *per ras. et* i *eras.*) B | item *Merc.*: ita ω 18 praecurant B 20 hariclorum BM: ariolum G δ *cf. Novák, p. 60* 21 sybillarum *ex* syllabarum *corr. m. 1* B

larum. quae omnia, ut dixi, mediae quaepiam potestates 136
inter homines ac deos obeunt. neque enim pro maiestate
deum caelestium fuerit, ut eorum quisquam vel Hannibali
somnium pingat vel Flaminio hostiam conroget vel Att[i]o
Navio avem velificet vel Sibyllae fatiloquia versificet vel 137
Tarquinio velit apicem rapere sed reddere, Servio vero
inflammare verticem nec exurere. non est operae diis
superis ad haec descendere: mediorum divorum ista sortitio est, qui in aëris plagis terrae conterminis nec minus
confinibus caelo perinde versantur, ut in quaque parte
naturae propria animalia, in aethere volventia, in terra
gradientia. nam cum quattuor sint elementa notissima, VIII
veluti quadrifariam natura magnis partibus disterminata,
sintque propria animalia terrarum, ⟨aquarum,⟩ flammarum,
— siquidem Aristoteles auctor est in fornacibus flagrantibus quaedam parvula animalia pennulis apta volitare 138
totumque aevum suum in igni deversari, cum eo exoriri
cumque eo extingui, — praeterea cum totiuga sidera, ut

15 Aristot. hist. anim. V 19 (p. 552 b, 10 ed. Bekk.)

3—4 hannibali somnium *ex* annibalis omnium *corr. m. post.* B **4** fingat *pro* pingat *Salm.* | corruget *Ellis, sed nihil mutandum: 'conrogare' est 'undique conquirere' vel, ut ait Seneca (Consol. ad Marc. 16, 3), 'ostiatim quaerere' (cf. Aetna v. 372); possis Germanice interpretari 'auftreiben'* | Atto *Oud.*: attio ω (atio M) **5** navi (*sed* o *add. m. post.*; *sub* vi *duo puncta eras.*) B | avem *Lindenbrog*: pavem (*sub* pa *duo puncta eras.*) B navim *vel* navem *cett.* **7** inflammamre (*sed* m *del. m. post.*) B **8** ista// (s *eras.*) B **9** aeriis MG **10** quaque B: quacumque *cett.* **11** prop(r)ia (*corr. m. fort. 1*) B | aethere (*sed de ultima litt. dubitari potest*) *in* aethera *corr. m. post.* B | volventia (a s. e, *corr. m. 1*) B: volantia *cett. 'volventia animalia' sunt sidera (cf. infra v. 18); cum vis reflexiva participii* 'volvens' *librarios falleret,* volventia (*quod rectum esse demonstrat adnominatio*) *in* volantia *mutatum est* **14** sintque *ed. Rom.*: sit (*sed* n *ss. m. post.*) quae(dam *ss. m. 2*) B sit quae (que L) *cett.* | aquarum *add. Merc.* **15** aristoteles// (s *ex* m, *ut vid., corr. m. post.*) B **16** parvula *scripsi*: propria ω | volitare *ex* volutare *per ras.* B **18** totiuga (va s. iu, *corr. m. 2*) B totiuga F: totvaga *cett.*

iam prius dictum est, sursum in aethere, id est in
ipso liquidissimo ignis ardore, compareant, cur hoc
solum quartum elementum aëris, quod tanto spatio
intersitum est, cassum ab omnibus, desertum a culto-
ribus suis natura pateretur, quin in eo quoque aëria
animalia gignere[n]t, ut in igni flammida, in unda fluxa,
in terra glebulenta? nam quidem qui aves aëri attribuet,
falsum sententiae meritissimo dixeris. quippe [quae aves]
139 nulla earum ultra Olympi verticem sublimatur. qui cum
excellentissimus omnium ⟨montium⟩ perhibeatur, tamen
altitudinem perpendiculo si metiare, ut geometrae autu-
mant, ⟨decem⟩ stadia altitudo fastigii non aequiperat, cum
sit aëris agmen inmensum usque ad citimam lunae heli-
140 cem, quae porro aetheris sursum versus exordium est.
quid igitur tanta vis aëris, quae ab humillimis lunae an-
fractibus usque ad summum Olympi verticem interiacet?
quid tandem? vacabitne animalibus suis atque erit ista
naturae pars mortua ac debilis? immo enim si sedulo
advertas, ipsae quoque aves terrestre animal, non
aërium rectius perhibeantur. enim semper illis victus
omnis in terra, ibidem pabulum, ibidem cubile, tantum

---

1 sursum *ed. Rom.*: cursum ω 3 IIII elementa (quartum, um) *corr. m. post.* B, *quod recepit Vulc.*: quatuor *vel* IIIIor elementa (elementorum A) *cett.* ⟨inter⟩quattuor elementa [aëris] *Lütj.* 4 animalibus *pro* omnibus *Wilamowitz* | q. *post* desertum *add. m. post.* B 5 aëria *scripsi*: aere ω (*sed* e *ex* i *corr.* B) *seclus. Lütj.* 6 gigneret *Merc.*: gignerent ω (gignere G gignerentur F) | igni *in* igne *corr. m post.* B 7 quidēm (*corr. m. 2*) B | aves// (&, *ut vid., eras.*) aeri (*quod in* aere *correctum fuit, sed postea uncinulus erasus est*) B | attribuét (*corr. m. post.*) B 8 quae aves *seclus. Merc.* (*cf. Novák, p. 55*) 10 montium *add. Lütj.* montium *pro* omnium *Rohde* 12 decem *add. Colv.* 13 helicem, quae *Flor.*: felicemque ω *exspectes* helicem, quod *ex usu Apuleiano* 14 exordium *ed. Rom.*: exortum ω 19 terrestre: //er/restre (*fuit* pertrestre; t *superscr. m fort. 1*) B per terrestre *cett.* | anima(l) (*corr. m. fort. 1*) B 20 est *ante* enim *add. m. fort. 1*, certe *antiq.* B *et ita vulg., sed cf Novák, p 74*

quod aëra proximum terrae volitando transverberant.
ceterum cum illis fessa sunt remigia pinnarum, terra ceu
portus est.

Quod si manifestum flagitat ratio debere propria IX
animalia etiam in aëre intellegi, superest ut, quae tan-
dem et cuiusmodi ea sint, disseramus. igitur terrena
nequaquam — devergant enim pondere — sed nec flam-
mida, ne sursum versus calore rapiantur. temperanda
est ergo nobis pro loci medietate media natura, ut ex
regionis ingenio sit etiam cultoribus eius ingenium. cedo
igitur mente formemus et gignamus animo id genus cor-
porum texta, quae neque tam bruta quam terrea neque
tam levia quam aetheria, sed quodam modo utrimque 141
seiugata vel enim utrimque commixta sint, sive amolita
seu modificata utriusque rei participatione: sed facilius
ex utroque quam ex neutro intellegentur. habeant igitur
haec daemonum corpora et modicum ponderis, ne ad
superna inscendant, ⟨et⟩ aliquid levitatis, ne ad inferna
praecipitentur. quod ne vobis videar poëtico ritu incre- X
dibilia confingere, dabo primum exemplum huius libratae 142
medietatis. neque enim procul ab hac corporis subtilitate
nubes concretas videmus. quae si usque adeo leves forent,
ut ea quae omnino carent pondere, numquam infra iuga,
ut saepenumero animadvertimus, gravatae caput editi
montis ceu quibusdam curvis torquibus coronarent. porro

12 cf. Lucret. V 474—475   21 cf. Lucret. VI 102 sq.

1 aer(a) (*corr. m. 2?*) B | tra(n)sverba rant (*corr. m. post.*) B | 4 flagitratatio [r] (*corr. m. fort. 1*) B   7 devergant *Merc.*: devergunt ω | nec *edd. vett.*: ne ω   8 temperanda est A, *ut coniecerat Merc.*: temperandae B temperandae *vel* temperande *vel* temperanda *cett.*   13 quodam modo *ex* quod ad modo *corr. m. post.* B | utrimque *vulg.*: utrumque ω   15 participatione// (s *eras. in fine vers.*) B   18 superna// (m *exp. et eras.*) B | inscendant *Colv.*: incedant *vel* incedat *codd.* (inceda(n)t *corr. m. post.* B) | et *ante* aliquid *add. m. post.* B *et ita Scal.*: *om.* ω   20 libera//tę (e *eras.*) B   24 a//nimadvertimus (d *eras.*) B | edi(ti) (*corr. m. 1, ut vid.*) B

si suapte natura spissae tam graves forent, ut nulla illas vegetioris levitatis admixtio sublevaret, profecto non secus quam plumbi rodus et lapis suopte nisu caducae terris inliderentur. nunc enimvero pendulae et mobiles huc atque illuc vice navium in aëris pelago ventis gubernantur, paululum inmutantes proximitate et longinquitate. quippe si aliquo umore fecundae sunt, veluti ad fetum edendum
143 deorsus degrassantur. atque ideo umectiores humilius meant aquilo[nis] agmine, tractu segniore[s]; sudis vero sublimior cursus e<s>t, cum lanarum velleribus similes aguntur, cano agmine, volatu perniciore. nonne audis, quid super tonitru Lucretius facundissime disserat?

principio tonitru quatiuntur caerula caeli
propterea quia concurrunt sublime volantes
aetheriae nubes contra pugnantibus ventis.

XI quod si nubes sublime volitant, quibus omnis et exortus e<s>t terrenus et retro defluxus in terras, quid tandem censes daemonum corpora, quae sunt concretio multo

---

12 Lucret. VI 96—98

---

1 nulla// [in] (m *eras.*; in *ss. m. post.*) B 3 rodus *Merc.*: [gl]robus (*corr. m. post.*) B robus δ robur *cett.* | su(i)[a]opte (*corr. m. post.*) B 7 ali(a)quo (a *bis add., m. 2 et post.*) B | humore *ex* umoro *corr. m. post.* (humero *temptaverat corrector*) B 8 degrassa(n)tur (*corr. m. post.*) B 9 aquilo *Lips.*: aquilonis ω | segniore *Merc.*: segniores ω 10 est *scripsi*: et ω | [t]cum (*corr. m. 2*) B | lanarum *ex* lunarum *corr. m. post.* B 12 tonitru/// (lucre *eras. in fine paginae*) | lucretius B 14 propterea quia *ed. Rom.*: propter alia ω (vel praeterea *ss. m. 2* B) 15 nubes contra pugnantibus *ed. Rom.*: nubes propugnantibus ω (et *inter* nubes *et* propugnantibus *add. m. post.* B) | ventis *vulg.*: venis ω (*sed* t *add. m. 2* B) 17 est *Scal.*: et ω | ter ren//us (i *eras.*) B | qui tandem B 18 concretio *Kronenberg* (*cf. Minuc. Fel.* 5, 8): concreta ω concretu ... subtiliori *Merc.* concretu ... subtiliora (*ex* A) *Lütj.* concreta ... subtiliori <filo> *Oud.* concreta ... subtiliore substantia (*'vel simile quoddam'*) *Goldb.* concreta <materia> ... subtiliori *Koziol* concreta ... subtiliore <elemento> *Leo fort.* concreta (*substant.*) ... subtilior<a>

tanta subtilior? non enim ex hac faeculenta nubecula et 144
umida caligine conglobata, sicuti nubium genus est, sed
ex illo purissimo aëris liquido et sereno elemento coalita
eoque nemini hominum temere visibilia, nisi divinitus
speciem sui offerant, quod nulla in illis terrena soliditas
locum luminis occuparit, quae nostris oculis possit obsistere, qua soliditate necessario offensa acies inmoretur, sed
fila corporum possident rara et splendida et tenuia usque 145
adeo ut radios omnis nostri tuoris et raritate transmittant et splendore reverberent et subtilitate frustrentur. hinc est illa Homerica Minerva, quae mediis coetibus Graium cohibendo Achilli intervenit. versum Graecum, si paulisper opperiamini, Latine enuntiabo, — atque adeo hic sit inpraesentiarum. Minerva igitur, ut dixi, Achilli moderando iussu Iunonis advenit:

soli perspicua est, aliorum nemo tuetur.

hinc et illa Vergiliana Iuturna, quae mediis milibus auxiliabunda fratri conversatur

miscetque viris neque cernitur ulli,

prorsus quod Plautinus miles super clipeo suo gloriatur,

praestringens oculorum aciem hostibus.

11 August. de civ. dei IX 7 12 Hom. Il. I 198 19 Verg. Aen. I 440 20 Plaut. Mil. glor. 4

1 tanta *in* tanto *corr. m. post.* B tanto *vulg., sed cf. L. Havet, Archiv f. lat. Lex. u. Gr. XI 579; Leo, Plaut. Forsch., p. 12, n. 1, et Archiv XII 100* et umida *Colv.*: tumida ω 2 sicut i// (n *eras.*) B 3 liquido (vel liquore *ss. m. 2*) B | serenio B 4 visibilia (a *ex* u *corr. m. 1*) B divinitus (ni *in ras.*) B 5 offerant *ex* offert *corr. m. 2* B *et ita vulg.*: offert ω offerunt *Lütj.* soli(di)tas (*corr. m. 2*) B 8 rara est (& *corr. m. fort. 1*) B | tenuia (i *ss. m. post.*) B 10 et splendore GA: et *om. cett., sed add. m. 2* B | reverbere(n)t (*corr. m. 2* B) | frustrentur *ex* frustrantur *corr.* B 13 enuntiabo δ: nuntiabo α 14 et *inter* inpraesentiarum *et* Minerva *ss. m. 2* B | ⟨cum⟩, ut dixi *Rohde* ⟨quae⟩, ut dixi *Koziol* 16 ast *pro* est *edd. vett., quod recepit Lütj* 17 medi(i)s (*corr. m. 1*) B 19 se *ante* viris *ss. m. 2* B 21 aciē (*lineol. add. m. post.*) B

XII Ac ne ceteros longius persequar, ex hoc ferme daemonum numero poëtae solent haudquaquam procul a veritate osores et amatores quorundam hominum deos
146 fingere: hos prosperare et evehere, illos contra adversari et adfligere; igitur et misereri et indignari et angi et laetari omnemque humani animi faciem pati, simili motu cordis et salo mentis ad omnes cogitationum aestus fluctuare, quae omnes turbelae tempestatesque procul a deorum caelestium tranquillitate exulant. cuncti enim caelites semper eodem statu mentis aeterna aequabilitate potiuntur, qui numquam illis nec ad dolorem v⟨er⟩sus nec ad voluptatem finibus suis pellitur nec quoquam a sua perpetua secta ad quempiam subitum habitum demovetur, nec alterius vi — nam nihil est deo potentius — neque suapte sponte — nam nihil est deo perfectius. porro autem qui potest videri perfectus fuisse, qui a priore
147 statu ad alium rectiorem statum migrat, cum praesertim nemo sponte capessat nova, nisi quem paenituit priorum? non potest enim subsequi illa mutata ratio sine praecedentium infirmatione. quapropter debet deus nullam perpeti vel odii vel amoris temporalem perfunctionem et idcirco nec indignatione nec misericordia contingi, nullo angore contrahi, nulla alacritate gestire, sed ab omnibus

---

1 'ex hoc ferme — exulant' August. de civ. dei IX 3. — 'simili motu — fluctuare' id. ibid. IX 6; cf. id. ibid. VIII 17, IX 7, X 27 14 cf. Plat. de re publ. II 380 D — 381 B 15 cf. Lucret. V 168 sq.

---

2 hautquamquam B 4 hos prosperare *ex August. add. Colv.* | et evehere, illos contra *ex August. Colv.*: et vere illos secundum ω (*sed haec verba exp. et* hos prosperare et evehere, illos contra *ss. m. 2* B) 7 cordis (vel corporis *ss. m. 2*) B | salo// (m *eras.*) B | ad omnes ω: per omnes *August.* 8 turbelae *August.*: turbulae ω 10 aeterna// (*una litt. eras. in fine vers.*) B 11 qui(a) (*corr. m. 2*) B | versus *Scal.*: usus ω 14 alter(i)us (*corr. m. 1*) B 16 perfectus M: perfectius *cett.* (*sed* i *exp.* B) 17 rectior(em) (*corr. m. post.*) B 19 illa (u *ss.*) (*corr. m. 2*) B 21 odii *Lips.*: opis ω

animi passionibus liber nec dolere umquam nec aliquando laetari nec aliquid repentinum velle vel nolle. sed et XIII haec cuncta et id genus cetera daemonum mediocritati rite congruunt. sunt enim inter nos ac deos ut loco re[li]gionis ita ingenio mentis intersiti, habentes communem cum superis inmortalitatem, cum inferis passionem. nam proinde ut nos pati possunt omnia animorum placamenta vel incitamenta, ut et ira incitentur et misericordia flectantur et donis invitentur et precibus leniantur et contumeliis exasperentur et honoribus mulceantur aliisque 148 omnibus ad similem nobis modum varient. quippe, ut fine conprehendam, daemones sunt genere animalia, ingenio rationabilia, animo passiva, corpore aëria, tempore aeterna. ex his quinque, quae commemoravi, tria a principio eadem quae nobis[cum], quartum proprium, postremum commune

---

1 Plat. Phileb. 33 B 5 August. de civ. dei VIII 14 6 August. de civ. dei VIII 17 et X 27 12 August. de civ. dei VIII 16 et IX 13. — 'daemones — aeterna' Vincentius Bellov. Spec. hist IV 7

---

1 dolore (o *ss.*) (*corr. m. post.*) B **5** regionis *vulg.*: relegionis (i *ss.*) (*corr. m. post.*) B religionis *cett.* (li *exp.* PF) **7** proinde (vel per *ss. m. 2*) B | animorum G *et vulg.*: animarum *cett.* | plagamenta (c *ss.*) (*corr. m. post.*) B **8** ut et ira *Oud. et Lütj.*: ut ira F et ira *cett.* | incitentur (a *ss.*) (*bis corr., m. 2 et post.*) B incitentur ∂: incitantur *cett.* **9** flectantur *in* flectuntur *corr. m. post.* B flectantur ∂: flectuntur *cett.* | invitentur (a *ss.*) (*corr. m. 2*) B invitentur ∂: invitantur *cett.* | leniantur (u *ss. m. 2*) B leniantur M∂: leniuntur GA | et contumeliis exasperentur *om.* α **10** mulceantur BM∂ (*sed* a *eras. in* B): mulcentur GA **11** varient (a *ss. m. 2*) B: variant M variantur GA varientur ∂ (varientur *ex* varient *corr.* P[2]) varient *rectum esse indicat clausula* (– ⏑ – | ⏑ ⏑ ⏓) **11—12** *post* ut *lacunam significavit Goldb.* ut fine conprehendam daemonas (*sic* B[1]), sunt *Rohde* ut finem (*sic* AP) conprehendam, daemones sunt *Lütj., sed cf. Sen. epist. 75, 11*: ut breviter finiam, morbus est etc. **12** daemonas (a *induct.*; e *ss. m. 2*) B **14** III[a] (a *add. m. post.*) B | aedam B **15** nobis *August.*: nobiscum ω eadem [quae] nobiscum *Colv.* | IIII[um] (um *add. m. post.*) B

cum diis inmortalibus habent, sed differunt ab his pas-
sione. quae propterea passiva non absurde, ut arbitror,
nominavi, quod sunt iisdem, quibus nos, turbationibus
XIV mentis obnoxii. unde etiam religionum diversis observa-
tionibus et sacrorum variis suppliciis fides inpertienda est,
esse nonnullos ex hoc divorum numero, qui nocturnis vel
diurnis, promptis vel occultis, laetioribus vel tristioribus
149 hostiis vel caerimoniis vel ritibus gaudeant, uti Aegyptia
numina ferme plangoribus, Graeca plerumque choreis,
barbara autem strepitu cymbalistarum et tympanistarum
et choraularum. itidem pro regionibus et cetera in sacris
differunt longe varietate: pomparum agmina, mysteriorum
silentia, sacerdotum officia, sacrificantium obsequia; item
deorum effigiae et exuviae, templorum religiones et
150 regiones, hostiarum cruores et colores. quae omnia pro
cuiusque more loci sollemnia et rata sunt, ut plerumque
somniis et vaticinationibus et oraculis conperimus saepe-
numero indignata numina, si quid in sacris socordia vel
superbia neglegatur. cuius generis mihi exempla adfatim
suppetunt, sed adeo celebrata et frequentata sunt, ut
nemo ea commemorare adortus sit, quin multo plura
omiserit, quam recensuerit.

Idcirco supersedebo inpraesentiarum in his rebus ora-
tionem occupare, quae si non apud omnis certam fidem,

2 August. de civ. dei VIII 16; cf. X 27

2 *fort.* quapropter[ea] 3 hisdem (iisdem *ac rursus* hisdem *ex corr.*) B | turbationibus BML (*cf. de dogm. Plat.* I 18; *Metam.* IX 20, XI 28): perturbationibus *cett.* 5 supplici(i)s (*corr. m. 1*) B 6 esse nonnullos *scripsi*: etsi nonnullos BF et sunt nonnulli// (s *eras.*) M et sunt nonnulli GAP² etsi nonnullas P¹L 7 promptiis B 8 uti: uita (*in fine versus*; vel veluti *ss. m. 2*) B 10 autem A *et vulg.*: aut *cett.* 11 choraularum *edd.*: coraularum α ceraularum *Salm.* | regnonibus (vel regionibus *ss. m. 2*) B 14 effigiae (es *superscr. m. rec.*) B: effigies *cett.* 14—15 et regiones *om.* GAδ 16 cuiusce B | ut (vel et *ss m. 2*) B 18 si quis (d *superscr.*; *corr. m. 2*) B 19 superbia *ex* super via *corr. m. 1* B 23 orationum B 24 occupareque *in* occuparique *corr. m. post.* B

at certe penes cunctos notitiam promiscuam possident. id potius praestiterit Latine dissertare, varias species daemonum philosophis perhiberi, quo liquidius et plenius de praesagio Socratis deque eius amico numine cognoscatis. nam quodam significatu et animus humanus etiam XV
nunc in corpore situs daemon nuncupatur:

diine hunc ardorem mentibus addunt,
⟨Euryale, an sua cuique deus fit dira cupido?⟩

igitur et bona cupido animi bonus deus est. unde nonnulli arbitrantur, ut iam prius dictum est, εὐδαίμονας dici beatos, quorum daemon bonus id est animus virtute perfectus est. cum nostra lingua, ut ego interpretor, haud sciam an bono, certe quidem meo periculo poteris Genium 151
vocare, quod is deus, qui est animus sui cuique, quamquam sit inmortalis, tamen quodam modo cum homine gignitur, ut eae preces, quibus Genium et genua precantur, coniunctionem nostram nexumque videantur mihi 152
obtestari, corpus atque animum duobus nominibus conprehendentes, quorum communio et copulatio sumus. est et secundo significatu species daemonum animus humanus

---

8 Verg. Aen. IX 184 sq. 9 cf. August. de civ. dei IX 11
13 Serv. ad Verg. Aen. III 63 20 cf. August. de civ. dei IX 11. — Plat. Cratyl. 398 B et de re publ. V 468 E sqq.

---

1 certa (e ss.) (*corr. m. 2*) B | praemiscuam (ae *induct.*; o *ss. m. post.*) B | possident A *et vulg.*: possidet *cett.* (*sed* n *add. m. 2* B) **2** latius *pro* latine *Koziol* **3** daemonum A: dum unum *cett.* (*sed haec verba exp. et* doemonum *ss. m. 2* B) | a *ante* philosophis *add. m. fort. 2* B | quo *ed. Rom.*: quod ω (*sed* d *exp.* B) 4 Socrati(s) (*corr. m. 2*) B **6** daemon// (u *eras.*) B **7** mentibus addunt *edd.*: M·A· ω diine — addunt *seclus. Lütj.* **8** Euryale — cupido? *add. ed. Rom.* deest *in marg. adscr. m. 2* B **10** εὐδαίμονας *ed. Ald.*: eudemonas ω **12** eum *Sciopp.*: cum ω (vel quem *ss. m. 2*) B quem *edd. vett.* | aut sciam B **13** cer(te) (*corr. m. 2*) B | me B **14** suus *pro* sui AP² | cui quae (ua *induct.*) B **15** quod aut (vel hoc *ss. m. 2*) modo B **16** eae *ed. Rom.*: haec *vel* hae *codd.* | genua Bδ: genia *cett.* | precatur BLF precamur *edd. vett.* **17** nexumque *Merc.*: nec sunt quae *vel* que *codd.*

emeritis stipendiis vitae corpori suo abiurans. hunc vetere Latina lingua reperio Lemurem dictitatum. ex hisce ergo Lemuribus qui posterorum suorum curam sortitus placato et quieto numine domum possidet, Lar dicitur
153 familiaris; qui vero ob adversa vitae merita nullis [bonis] sedibus incerta vagatione ceu quodam exilio punitur, inane terriculamentum bonis hominibus, ceterum malis noxium, id genus plerique Larvas perhibent. cum vero incertum est, quae cuique eorum sortitio evenerit, utrum Lar sit an Larva, nomine Manem deum nuncupant: scilicet ei honoris gratia dei vocabulum additum est. quippe tantum eos deos appellant, qui ex eodem numero iuste ac prudenter curriculo vitae gubernato pro numine postea ab hominibus praediti fanis et caerimoniis vulgo advertuntur,
154 ut in Boeotia Amphiaraus, in Africa Mopsus, in Aegypto Osiris, alius alibi gentium, Aesculapius ubique.

XVI Verum haec omnis distributio eorum daemonum fuit, qui quondam in corpore humano fuere. sunt autem non posteriore numero, praestantiore longe dignitate, superius aliud, augustius genus daemonum, qui semper a corporis

---

1 cf Val. Max. V 7, 1; Sen. ep. 93, 4

---

1 emerit//s (i *eras. et* u *ss. m. 2*) B | stipendi(i)s (*corr. m. 1*) B | corpori *Merc.*: corpore ω **2** lemurem *vulg.*: lemurum ω lemurum ⟨nomine⟩ *Lütj.* **3** qui GAP: quo *cett.* (*sed* quo *corr. m. 2* B) | posterorum GA: posteriorum *cett.* **4** largitur *pro* lar dicitur BM (*sed* gitur *induct.* B) **5** //merita (e *eras.*) B | bonis *secl. Markland* **6** vacatione B | punitur δ: ponitur α poenitur *Wilamowitz* **10** Manium *Colv.* | ei *scripsi*: et ω (*om.* F) **12** ex hoc daemonum numero *pro* ex eodem numero *Lütj* | prudent///// (ur *exp. et eras.; corr. m. post.*) B **13** pro numine *Colv.*: praenomine ω | ab *ante* hominibus *add. m. 2* B *et praebet* F **14** advenerantur *pro* advertuntur *Buckley et Goldb., sed nihil mutandum* (advertuntur *i. e.* '*animadvertuntur*') **15** Boeotia *edd.*: boetia ω | Amphiaraus *edd.*: anfiareus *vel* anfiaraus *vel similia codd.* **18** quandam (*corr. m. 2*) B | numero ω, *sed* vel humano *ss. m. 2* B, *quod recepit Vulc.* | fu(e)re (*corr. m. 2*) B **19** praestantiore δ: praestantiori α (*sed* i *post. add. m. 1* B) | super his *pro* superius *Wilamowitz* **20** augustiusque *vulg.*

conpedibus et nexibus liberi certis potestatibus curant. quorum e numero Somnus atque Amor diversam inter 155 se vim possident, Amor vigilandi, Somnus soporandi. ex hac igitur sublimiore daemonum copia Plato autumat singulis hominibus in vita agenda testes et custodes [singulis] additos, qui nemini conspicui semper adsint arbitri omnium non modo actorum verum etiam cogitatorum. at ubi vita edita remeandum est, eundem illum, qui nobis praeditus fuit, raptare illico et trahere veluti custodiam suam ad iudicium atque illic in causa dicunda adsistere, si qua commentiatur, redarguere, si qua vera dicat, adseverare, prorsus illius testimonio ferri sententiam. proinde vos omnes, qui hanc Platonis divinam sententiam me interprete auscultatis, ita animos vestros ad quaecumque agenda vel meditanda formate, ut sciatis nihil homini prae istis custodibus nec intra animum nec foris esse secreti, quin omnia curiose ille participet, omnia 156 visitet, omnia intellegat, in ipsis penitissimis mentibus vice conscientiae deversetur. hic, quem dico, privus custos, singularis praefectus, domesticus speculator, proprius curator, intimus cognitor, adsiduus observator, individuus arbiter, inseparabilis testis, malorum inprobator, bonorum proba-

---

2 cf. Apul. Flor. 10 4 Plat. Tim. 90 A; Phaed. 107 D; de re publ. X 617 E et 620 E

---

1 curant G: curantur *cett.* (curant' *virgula fort. post. add.* B) **2** somnus *male repetitum linea infer. not.* B) **3** possident G: possideant *cett.* (*sed* a *exp.* B) | vigilandis B **6** singulis *seclus. Lütj.* singulos *ed. Rom.* **10** suam *male repetitum linea infer. not.* B **11** qua// (e *exp. et eras.*) eorum B **13** proinde *edd. vett.*: deinde ω (*sed* de *exp. et* pro *ss. m.* 2 B) **15** homini α (homi//ni, i *ex* n *per ras.* B): omnino δ | prae istis custodibus *seclus. Lütj.* | nec intra A: ni intra (*sed* ni *exp. et* nec *ss. m.* 2) B non intra F ni intra *vel* ne intra *cett.* **17** visitet *Goldb.*: viset *codd. plerique* (vis et tr visat, *deinde in* viset *et corr.*: vel visitet *ss. m.* 2 B) visat A *et vulg.* *fort.* vestiget (*cf. Hild. ad Metam.* I 6 *init.*) **19** privus *scripsi*: prorsus ω **22** inprobatur B

tor, si rite animadvertatur, sedulo cognoscatur, religiose colatur, ita ut a Socrate iustitia et innocentia cultus est, in rebus incertis prospector, dubiis praemonitor, periculosis tutator, egenis opitulator, qui tibi queat tum insomniis, tum signis, tum etiam fortasse coram, cum usus postulat, mala averruncare, bona prosperare, humilia sublimare, nutantia fulcire, obscura clarare, secunda regere, adversa corrigere.

XVII Igitur mirum, si Socrates, vir adprime perfectus et
157 Apollinis quoque testimonio sapiens, hunc deum suum
cognovit et coluit, ac propterea eius custos — prope
dicam Lar contubernio familiaris — cuncta et arcenda
arcuit ⟨et⟩ praecavenda praecavit et praemonenda praemonuit, sicubi tamen interfectis sapientiae officiis non
consilio sed praesagio indigebat, ut ubi dubitatione clau-
158 deret, ibi divinatione consisteret? multa sunt enim, multa,
de quibus etiam sapientes viri ad hariolos et oracula cursitent. an non apud Homerum, ut ⟨in⟩ quodam in-

---

1 cognoscat[u]or (*corr. m. 2*) B **2** iustitia (vel te *ss. m. 2*) B | innocent//// (ia *eras.*; ~ *add. m. post.*) B **3** praemonitor *ex* praemonitur *corr.* B **4** insomniis *scripsi*: in somnis ω (in somniis V *teste Lütj.*) [in] somniis *Colv.* **6** averruncare *Pithoeus*: autruncare ω (aut truncare ML) **9** non *ante* igitur *add. m. 2* B, quid *add. Lütj.* **11** et *ante* prope *add. m. 2* B | ut ita *inter* prope *et* dicam *ss. m. 2* B **12** Lar *Merc.*: par ω **12—13** cuncta et a[c]rgenda arcuit (*sed* et *exp. et* quae *ss. m. 2*; *eadem* arcenda *corr.*; sunt *post* arcenda *add. m. 2 vel post.*) B: cuncta quae arcenda sunt arcuit *cett.* **13** et *addidi* | praecavenda *scripsi*: quae cavenda ω (quae cavenda sunt F) **14** intersectis G *et sic ed. Rom.* imperfectis *Wow.* interceptis *Casaubon* interseptis *Oud., sed cf. Metam.* XI 24 *s. fin.* **15** se(d) (*corr. m. 2*) B | clauderet Bϑ (*sed* deret *exp. et* dicaret *ss. m. 2* B): claudicaret *cett.* **16** enim inulta (vel talia *ss. m. 2*) B multa *post* enim *om.* GF *fort.* multa sunt enim in vita **17** de *om.* BM (in *ante* quibus *add. m. 2* B) **18** cursit[a]ent (*corr. m. 2*) B | an *ed. Iunt. II*: at ω (*sed* a[n]t *corr. m. 2* B) | in *add. edd. vett.* | quodam F: qua[o]dam (*corr. m. 2*) B quedam *vel* quaedam *vel* quadam *cett.*

genti speculo, claritus cernis haec duo distributa, seorsus divinationis, seorsus sapientiae officia? nam cum duo columina totius exercitus dissident, Agamemnon regno pollens et Achilles bello potens, desideraturque vir facundia laudatus et peritia memoratus, qui Atridae superbiam sedet, Pelidae ferociam conpescat atque eos auctoritate advertat, exemplis moneat, oratione permulceat, quis igitur tali in tempore me⟨dius⟩ ad dicendum exor[ta]tus est? nempe Pylius orator, eloquio comis, experimentis catus, senecta venerabilis, cui omnes sciebant corpus annis hebere, animum prudentia vigere, verba dulcedine adfluere. itidem cum rebus creperis et adflictis speculatores XVIII 159 deligendi sunt, qui nocte intempesta castra hostium penetrent, nonne Ulixes cum Diomede deliguntur veluti consilium et auxilium, mens et manus, animus et gladius? enimvero cum ad Aulidem desidibus et obsessis ac taedio abnuentibus difficultas belli et facultas itineris et tran- 160 quillitas maris et clementia ventorum per fibrarum notas et alitum vias et serpentium escas exploranda est, tacent nempe mutuo duo illa sapientiae Graiae summa cacumina, Ithacensis et Pylius: Calchas autem longe praestabilis

2 Hom. Il. I 245 sqq 12 Hom. Il. X 218 sqq. 16 Hom. Il. II 303 sqq.

1 claritus (*sed* t *exp.*) B: clarius *cett.* 1—2 seorsus sapientiae seorsus divinationis F, *quod probat Alfr Kirchhoff, de Apul. clausul. p. 48* 5 peritiam B 6 sedet *Flor.*: sed et ω, *quod defendit Lütj., p. 32, n.* | eo(s) (*corr. m. 2*) B 7 quid Bδ (*sed* quid (d) *corr. m. post.* B) 8 medius *scripsi*: me ω (*om.* G) | exortus est *Wow.*: exortatus est ω (exoratus est G) 9 phyelius B 11 habere (e *ss. m. 2*) B 12 afluere (affluere *corr. m post.*) B *et sic alibi* | creperis A *et vulg.*: crepereis *cett.* | speculatores *Ursinus*: spectatores ω 13 intempestas B | (h)ostium (*corr. m. post.*) B 14 diliguntur (*sed* li *exp. et* vel ri *ss. m. 2 et post.*; *praeterea* guntur *in* gitur *corr. m. post.*) B 16 ad Aulidem *Buckley*: ab aulide ω ab *seclus. Merc.* apud Aulidem *Lütj.* | desidibus A *et vulg.*: desedibus ω 19 exploranda est *Kiessling*: explorandae ω (s. essent *ss. m. 2* B)

161 bariolari simul alites et altaria et arborem contemplatus est,
ac<tu>tum sua divinatione et tempestates flexit et classem
deduxit et decennium praedixit. non secus et in Troiano
exercitu cum divinatione res indigent, tacet ille sapiens
senatus nec audet aliquid pronuntiare vel Hicetaon vel
162 Lampo vel Clytius, sed omnes silentio auscultant aut
ingrata auguria Heleni aut incredita vaticinia Cassandrae.
ad eundem modum Socrates quoque, sicubi locorum aliena
sapientiae officiis consultatio ingruerat, ibi vi daemonis
praesag[i]a regebat<ur>. verum eius monitis sedulo oboedie-
XIX bat eoque erat deo suo longe acceptior. quod autem incepta
Socratis quaepiam daemon ille ferme prohibitum ibat,
163 numquam adhortatum, quodam modo ratio praedicta est.
enim Socrates, utpote vir adprime perfectus, ex sese ad
omnia congruentia sibi officia promptus, nullo adhortatore umquam indigebat, at vero prohibitore nonnumquam, si quibus forte conatibus eius periculum suberat, ut monitus praecaveret, omitteret coepta inpraesentiarum, quae tutius vel postea capesseret vel alia via adoreretur.

5 Hom. Il. III 147

1 arborem *Merc.*: arborum ω (arbores G) 2 actutum *edd. vett.*: ac tum ω (actum *corr. m. 2* B) 3 et decennium GF: et *om. cett.* 5—6 Hicetaon *Merc.*: hic etiam ω | Lampo *Pius*: lampo ω Lampus *Elm.* | Clytius *Pius*: clytias (clitias, clicias) ω 7 ingratia B | Heleni *Colv.*: helenae ω | vatiginia (c *ss. m. 2*; g *fere eras.*) B 8 Socrates *ex* Socratis *corr. m. 2* B *et sic vulg.*: Socratis ω (Socrati GF) | aliena *Casaubon*: alienae ω (vel nus *ss. m. 2* B) 10 praesaga regebatur *Elm.*: praesagia regebat ω Socrati . . . vis daem. praesagia regebat *Lütj.* | ob//ediebat (o *eras.*) B 11 de(o) suo (*corr. m. 2*; vel daemoni *in marg. adscr. ead. m.*) B *et sic Sinn*: de suo ω 12 Socratis quaepiam: sacratiq. piam (vel quaepiam *ss. m. 2*) B socrati quispiam M socrati quaepiam *cett.* | daemon G *et vulg.*: daemonum *cett.* (*sed h. v. exp. et* vel daemon *ss. m. 2* B) 13 quod ad modo (vel quodam modo *ss. m. 2*) B 14 vero *post* enim *add. m. post.* B | et *inter* sese *et* ad *ss. m. 2* B 18 inpraesentiarum, quae: inpraesentiarumq. B 19 tutius vel postea: totius vel potius (t. melius *ss. m. 2*) B *et item* M | adoreretur (adoriretur *corr. m. post.*) B *et item* PL: adoriretur *cett.*

In huiuscemodi rebus [dixit] vocem quampiam divinitus exortam di[s]cebat audire — ita enim apud Platonem —, ne quisquam arbitretur omina eum vulgo loquentium captitasse. quippe etiam semotis arbitris uno cum Phaedro 164 extra pomerium sub quodam arboris opaco umbraculo signum illud adnuntium sensit, ne prius transcenderet Ilissi amnis modicum fluentum, quam increpitu indignatum Amorem recinendo placasset; cum praeterea, si omina observitaret, aliquando eorum nonnulla etiam hortamenta haberet, ut videmus plerisque usu evenire, qui nimia ominum superstitione non suopte corde sed alterius verbo reguntur ac per angiporta reptantes consilia ex alienis 165 vocibus colligunt et, ut ita dixerim, non animo sed auribus cogitant. verum enimvero, ut⟨ut⟩ ista sunt, certe quid⟨em⟩ XX ominum harioli vocem audiunt saepenumero auribus suis usurpatam, de qua nihil cunctentur [de qua sciunt] ex ore humano profectam. at enim Socrates non vocem sibi

---

2 Plat. Phaedr. 229 A et 242 B et C; cf. 245 B   12 'per angiporta – cogitant' Vincent. Bellov. Spec. doctr. V 26 et Spec. hist. IV 7. — cf. Lucret. V 1133—1134

---

1 dixit *seclus. Goldb.* dixit (*corr. m. post*: ut plato *ante* dixit *ss. m. 2*) B   2 dicebat *ed. Rom.*: discebat ω (*sed* s *exp.* B) | se *ante* audire *ss. m. 2* B | s. legitur *post* Platonem *ss. m. 2* B | ita enim apud Platonem *seclus. Lütj.*   3 omina *Casaubon*: omnia ω   6 adnuntium (*corr. m. 2*) B   7 Ilissi *Casaubon*: illius ω | fluentum F: fluenti *cett.* (vel om *ss. m. 2* B) *an* modicum fluenti, *ut alibi* (*c. 9*) modicum ponderis, *dixit Apuleius?*   7—8 increpitu indignatum Amorem recinendo *Casaubon*: increpitum (incripitum B) inclinatum (indinatum? B) amore retinendum ω   8 placasset F: placasse *cett.* (*sed* vel set *ss. m. 2* B) | omina *Wow.*: omnia ω   10 haberet *unus* ς *et ed. Rom.*: habere ω (*sed* vel et *ss. m. 2* B) | ut *ed. Rom.*: et ω   11 ominum *Wow.*: omnium ω   12 consili(a) (*corr. m. fort. 1*) B   13 dixerint (*corr. m. 2*) B   14 utut *Stew.* (*cf. tamen Apul. Apol. 43* [*p. 50, 11 Helm*]): ut ω | quidem *Wilamowitz*: quid ω   15 ominum *Lütj.*: omnium ω   16 de qua *Scal.*: de quo ω | de qua sciunt *seclusi* | sciunt (a? *super* u *eras.*) B   17 non vocem (s. simpliciter *ss. m. 2*) B

sed 'vocem quampiam' dixit oblatam, quo additamento profecto intellegas non usitatam vocem nec humanam significari. quae si foret, frustra 'quaepiam', quin potius aut 'vox' aut certe 'cuiuspiam vox' diceretur, ut ait illa Terentiana meretrix:

audire vocem visa sum modo militis.

166 qui vero vocem ⟨quampiam⟩ dicat audisse, aut nescit, unde ea exorta sit, aut in ipsa aliquid addubitat, aut eam quiddam insolitum et arcanum demonstrat habuisse, ita ut Socrates eam, quam sibi [ac] divinitus editam tempestive † accidebat. quod equidem arbitror non modo auribus eum verum etiam oculis signa daemonis sui usurpasse. nam frequentius non [prae] vocem sed signum divinum sibi oblatum prae se ferebat. id signum potest et ipsius daemonis species fuisse, quam solus Socrates cerneret, ita ut Homericus Achilles Minervam. credo plerosque vestrum hoc, quod commodum dixi, cunctantius credere et inpendio mirari formam daemonis Socrati visitatam. at enim † secundum Pythagoricos mirari oppido
167 solitos, si quis se negaret umquam vidisse daemonem, satis, ut reor, idoneus auctor est Aristoteles. quod si cuivis potest evenire facultas contemplandi divinam ef-

5 Ter. Eun. 454

1 sed ducem (vo *corr. m. 2*) B *et sic ed. Rom.*: sed ducem ω | quo(a)dditamento (*corr. m. fort. 1*) B 4 vox (s. simpliciter *ss. m. 2*) B 5 terrentiana B 7 quampiam *add. ed. Rom.* | dicat (vel i *ss m. 2*) B | se *ante* audisse *add. m. 2* B 9 insoli(t)um (*corr. m. fort. 1*) B 10 ac *seclus. Wow.* tempestive ac divinitus *per transp. Flor.* 11 accidebat: aiebat *Vulc.* asserebat *Bosscha* accipiebat *Koziol* accidere edebat *id. fort.* accidere dicebat *servata clausula* (⏑ - ⏑ - - - ⏑) | ⟨quid?⟩ quod *Lütj.* 13 prae *seclus. ed. Rom.* (*induct. m. post.* B) 17 commodum *Novák*: commodo ω (com *induct. m. post.* B) 19 secundum *del. Val. Rose* (*Aristotelis qui ferebantur librorum fragmenta*, fr. 193 p. 157, 1. Leipzig, 1886) contra *pro* secundum *Rohde* (*cf. p. 20, 4 et p 119, 4*) 20 qui(s) (*corr. m. 1?*) B 21 aristotelhs B 22 cuivis *ex* cuius *corr. m. 2* B

figiem, cur non adprime potuerit Socrati optingere, quem cuivis amplissimo numini sapientiae dignitas coaequarat? nihil est enim deo similius et gratius quam vir animo perfecte bonus, qui hominibus ceteris antecellit, quam ipse a diis inmortalibus distat.

Quin potius nos quoque Socratis exemplo et comme- XXI
moratione erigimur ac nos secundo studio philosophiae †
pari similium numinum caventes permittimus? de quo
quidem nescio qua ratione † dei rapimur. et nihil aeque 168
miror quam, cum omnes et cupiant optime vivere et
sciant non alia re quam animo vivi nec fieri posse quin,
ut optime vivas, animus colendus sit, tamen animum
suum non colant. at si quis velit acriter cernere, oculi
curandi sunt, quibus cernitur; si velis perniciter currere,
pedes curandi sunt, quibus curritur; itidem si pugillare
valde velis, brachia vegetanda sunt, quibus pugillatur. 169
similiter in omnibus ceteris membris sua cuique cura pro
studio est. quod cum omnes facile perspiciant, nequeo
satis mecum reputare et proinde, ut res est, admirari,
cur non etiam animum suum ratione excolant. quae quidem ratio vivendi omnibus aeque necessaria est, non ratio pingendi nec ratio psallendi, quas quivis bonus vir sine ulla animi vituperatione, sine turpitudine, sine lab[or]e

---

3 'nihil est — antecellit' Vincentius Bellov. Spec. doctr. VI 31 et Spec. hist. IV 7 9 'nihil aeque miror — nec accessit' Joann. Sarisb. Polycraticus sive de nugis curial. VI 28

---

4 antecellit, *subaudi 'magis'; nihil mutandum* 6 socratis *ex* sacratu (?) *corr. m. post.* B | exemplo (ex *in ras.*) B 8 paris *Flor.* | aventes *Vulc.* 9 dirapimur *edd.*, *sed cf. Novák, p. 91, qui* dei *delet fort.* detrahimur 10 quam ⟨quod⟩ *Novák* | opitime B 12 ut GA: *om. cett.* (si *ante* optime *add. m. 2* B) 15 itidem M (*ex. corr. m. 1*) F: ut idem *cett.* (*sed.* ut *exp. et* vel item *ss. m. 2* B) 16 pervigilatur (vel pugillatur *ss. m. 2*) B 19 proinde (vel per *ss. m. 2*) B 20 vivendi *post* ratione *addendum censet Rohde* 21 necessaria ē *ex* necessariae *corr. m. post.* B 23 labe *ed. Rom.*: labore *a* rubore *Lütj.*

contempserit. nescio ut Ismenias tibiis canere, sed non
pudet me tibicinem non esse; nescio ut Apelles coloribus
pingere, sed non pudet me non esse significem; itidem
in ceteris artibus, ne omnis persequar, licet tibi nescire
XXII nec pudeat. enimvero dic, sodes: 'nescio bene vivere, ut
Socrates, ut Plato, ut Pythagoras vixerunt, nec pudet
170 me nescire bene vivere'; numquam hoc dicere audebis.
sed cumprimis mirandum est, quod ea, quae minime
videri volunt nescire, discere tamen neglegunt et eiusdem
artis disciplinam simul et ignorantiam detrectant. igitur
cotidiana eorum aera dispungas: invenias in rationibus
multa prodige profusa et in semet nihil, in sui dico daemonis
cultum, qui cultus non aliud quam philosophiae
sacramentum est. plane quidem villas opipare extruunt
et domos ditissime exornant et familias numerosissime con-
171 parant. sed in istis omnibus tanta adfluentia rerum nihil
est praeterquam ipse dominus pudendum: nec iniuria. cumulata
enim habent, quae sedulo percolunt, ipsi autem horridi,
indocti incultique circumeunt. igitur illa spectes, in quae
patrimonia sua profuderunt: amoenissima et extructissima
et ornatissima deprehendas, villas aemulas urbium conditas,
domus vice templorum exornatas, familias nume-

8 'mirandum — detractant' Vincentius Bellov. Spec. doctr. VI 46 et Spec. hist. IV 7   19 cf. Sall. Cat. 2, 8   21 cf. Sall. Cat. 12, 3

1 smenias B | canere . n sed non B   3 *post* pingere *lacunam significavit Goldb., qui haec fere excidisse putat*: sed non pudet me pictorem non esse, nescio ut Lysippus fingere, *sed cf. Lütj. p. 35, n. 2* | significem *Vulc.*: significum ω *cf. Novák, p. 91* | itidem *Merc.*: et idem ω   4 ne *ex* ni *corr. m. post.* B   5 pudeat Bδ: pudet MGA pudeat *rectum esse indicat cum sensus tum clausula* (- - – ⏑ ⏑ -)   8 cumprimis (cum *exp. et* vel in *ss. m. 2*) B   10 artis *ex* ratis *corr. m. post.* B   11 si *ante* cotidiana *add. m. post.* B | invenias *in* invenies *corr. m. post.* B invenies F   15 numerosis(si)me (*corr. m. post.*) B   17 deest *ad voc.* dominus *relat. in marg. adscr. m 2* B | pudendam B   19 illa spectes *Merc.*: illa(s) species (*corr. m. 2*) B illas species *ceti.* | in q. *in* in quas *corr. m. post.* B   20 amoenitissima B

rosissimas et calamistratas, opiparam supellectilem, omnia
adfluentia, omnia opulentia, omnia ornata praeter ipsum
dominum, qui solus Tantali vice in suis divitiis inops,
egens, pauper non quidem † fluentem illum fugitivum 172
captat et fallacis undae sitim * * *, sed verae beatitudinis,
id est secundae vitae et prudentiae fortunatissimae, esurit
et sitit. quippe non intellegit aeque divites spectari solere,
ut equos, ⟨quos⟩ mercamur. neque enim in emendis XXIII
equis phaleras consideramus et baltei polimina inspicimus
et ornatissimae cervicis divitias contemplamur, si ex auro
et argento et gemmis monilia variegata dependent, si plena 173
artis ornamenta capiti et collo circumiacent, si frena caelata,
si ephippia fucata, si cingula aurata sunt. sed istis omnibus exuviis amolitis equum ipsum nudum et solum corpus eius et animum contemplamur, ut sit et ad speciem honestus et ad cursuram vegetus et ad vecturam validus: iam primum in corpore si sit

> argutum caput, brevis alvus obesaque terga
> luxuriatque toris animosum pectus honesti;

7 'aeque divites — vecturam validus' Vincentius Bellov Spec. doctr. V 22 et Spec hist. IV 7 8 cf. Sen. ep. 80, 9 11 cf. Verg Aen VII 278 18 Verg. Georg. III 80 sq.

1—2 omnia (af)fluentia (*corr. m. post*) B | opulentia B opulenta F 3 tantali (tan *del. et* pro *ss. m. 2*) B 4 fructum *pro* fluentem *v. Lennep fort.* fontem 5 *post* sitim *lacunam significavi* sitit *pro* sitim *Merc* sitim ⟨patitur⟩ *Lütj.* | beatitudinis *ex* beatitudines *corr. m. post.* B 6 secundae *ex* secumdae *corr. per ras.* B *fort.* sanctae | fortunatissimae *ex* fortunatussimae *corr. per ras* B 7 aeque *ex* acqui *corr. m. fort. 1* B 8 quos *e Vincent. Bellovac. add. Lütj.* 11 variegata *Brant*: variegaza (*in* gazae *corr. m. 2*) B varie gaza *vel* variae gazae *vel simil cett.* | dependent F. dependet *cett.* (*sed* n *add. m. 2* B) 12 capiti *ed. Rom.*: capite ω 13 ephippia *ex corr.* M: epippia *cett.* (e//pippia, *una litt eras.*, B) | si cingula *vulg.*: singula ω (si singula F) 14 exuu//iis (*una litt., fort.* b, *eras.*) B amolitis vel amotis *ss. m. 2*) B 15 sit et B: et *om. cett.* 16 cursura (m *ss.*) (*corr. m. post.*) B 17 si est *pro* si sit *Lütj.* 18 terga (t *ex corr.*) B

174 praeterea si duplex agitur per lumbos spina: volo enim non modo perniciter verum etiam molliter pervehat. similiter igitur et in hominibus contemplandis noli illa aliena aestimare, sed ipsum hominem penitus considera, ipsum ut meum Socratem pauperem specta. aliena autem voco, quae parentes pepererunt et quae fortuna largita est. quorum nihil laudibus Socratis mei admisceo, nullam generositatem, nullam prosapiam, nullos longos natales, nullas invidiosas divitias. haec enim cuncta, ut dico,
175 aliena sunt. † sate prothaonio gloria est, qui talis fuit, ut eius nepotem non puderet. igitur omnia similiter aliena numeres licebit 'generosus est': parentes laudas. 'dives est': non credo fortunae. ⟨nec⟩ magis ista adnumero: 'validus est': aegritudine fatigabitur. 'pernix est': ⟨st⟩abit in senectute. 'formonsus est': expecta paulisper et non erit. 'at enim bonis artibus doctus et adprime est eruditus et, quantum licet homini, sapiens et boni consultus': tandem aliquando ipsum virum laudas. hoc enim nec a patre hereditarium est nec ⟨a⟩ casu pendulum nec a suffragio anniculum nec a corpore caducum nec ab aetate mutabile. haec omnia meus Socrates habuit et ideo cetera

1 id ibid. 87 2 'similiter — specta' Vincentius Bellov. Spec. hist. IV 7 5 'aliena voco — fortunae' Vincentius Bellov. Spec. hist. IV 7

3 in *ante* hominibus *om., sed add. m. 2* B **4** aestimare *vulg.*: ex(is)timare (*corr. m. post.*) B existimare *cett.* **5** expecta B **6** pepe(re)runt (*corr. m. post.*) B **7** Socrati(s) (*corr. m. post*) B | mei (i *in ras. m. post.*) B **10—11** *in h. l. emendando frustra desudaverunt critici. hos versiculos utcumque exsculpsit Wilamowitz:* sate | Porthaone, gloria ⟨avus⟩ est, qui talis fuit | ut eius nepotem non puderet | omnia *ex* omnis *corr. m. 1* B **13** nec *add. ed. Rom.* | ista adnumero *Scal.*: ista////numero (*4 litt. eras., e quibus 2 pr.* du *etiamnunc apparent*; ad *in ras. scr. m. post.*) B ista dinumero *cett.* **14** est: stabit *scripsi*: estabit B est abiit M est abit *cett.* est abibit *ed. Rom.* **15** in senectute (*sed* m *add. m. 2 vel post.*) B: in senectutem *cett.* **16** adprime (d *exp.*; e *ex corr in ras.: fuit* as) B **19** ne(c) (*corr. m. post.*) B | a *add. Koziol* | casu// (s *eras.*) B | pendulum (lu *ex corr. m. 1*) B **20** anniculum (vel aminiculum *ss. m. 2*) B

habere contempsit. Quin igitur et tu ad studium sapien- XXIV 176
tiae ⟨acc⟩ingeris vel properas saltem, ut nihil alienum in
laudibus tuis audias, sed ut, qui te velet nobilitare, aeque
laudet, ut Accius Ulixen laudavit in Philocteta suo in
eius tragoediae principio:

> inclite, parva prodite patria,
> nomine celebri claroque potens
> pectore, Achivis classibus auctor, 177
> gravis Dardaniis gentibus ultor,
> Laërtiade.

novissime patrem memorat. ceterum omnes laudes eius
viri audisti. nihil inde nec Laërtes sibi nec Anticlia nec
Arcisius vindicat: [nec] tota, ut vides, laudis huius
propria Ulixi possessio est. nec aliud te in eodem Ulixe
Homerus docet, qui semper ei comitem voluit esse pru-
dentiam, quam poëtico ritu Minervam nuncupavit. igitur 178
hac eadem comite omnia horrenda subiit, omnia adversa
superavit. quippe ea adiutrice Cyclopis specus introiit,
sed egressus est; Solis boves vidit, sed abstinuit; ad inferos demeavit et ascendit; eadem sapientia comite Scyllam praeternavigavit nec ereptus est; Charybdi consaeptus est nec retentus est; Circae poculum bibit nec mutatus est; ad Lotophagos accessit nec remansit; Sirenas audiit nec accessit.

4 cf. Marius Victorinus CGL. VI 77 K. Caesius Bassus CGL. VI 267 K. Charisius p. 289 sq. K. — Accii fragm. v. 520 sqq. Ribb.

2 accingeris *Lütj.*: ingeris ω (te *ante* ingeris *add. m. 2* B, *quod recepit Vulc.*) erigeris *Rohde* saltem *Ioann. Sarisb.*: altum ω 4 ulixē B | filotecta B | tragoedio (e *sscr.*) (*corr. m. 2*) B 6 prodite A: praedite *cett. om.* F 8 ductor *Ioann. Sarisb* 9 dardaniis *Ioann. Sarisb.*: dardanis ω 13 Arcisius *Stew.*: arcissius ω | nec *seclus. Lütj.* haec *pro* nec F haec nec PL 17 ha/c (e *eras.*) B 21 //reptus (ar *sscr.*) (e *eras.*, ar *ss. m. fort. 1, certe antiq.*) B arreptus *Ioann. Sarisb.* 22 Circes *Ioann. Sarisb.* 23 acce(s)sit (*corr. m. 2*) B

APULEI PLATONICI PHILOSOPHI MADAURENSIS | DE DEO SOCRATIS LIBER EXPLIC B *et sic fere* M

ASCLEPIUS.

[Asclepius: Asclepius iste pro sole mihi est.]

I 'Deus, deus te nobis, o Asclepi, ut divino sermoni interesses, adduxit, eoque tali, qui merito omnium antea a nobis factorum vel nobis divino numine inspiratorum videatur esse religiosa pietate divinior. quem si intellegens videris, eris omnium bonorum tota mente plenissimus. si tamen multa sunt bona et non unum, in quo sunt omnia. alterum enim alterius consentaneum esse dinoscitur, omnia unius esse aut unum esse omnia; ita enim sibi est utrumque conexum, ut separari alterum ab utro non possit. sed de futuro sermone hoc diligenti intentione cognosces. tu vero, o Asclepi, procede paululum Tatque, nobis qui intersit, evoca.'

Quo ingresso Asclepius et Hammona interesse suggessit. Trismegistus ait:

'Nulla invidia Hammona prohibet a nobis: etenim ad eius nomen multa meminimus a nobis esse conscripta

---

2 cf. Ὅροι Ἀσκληπίου πρὸς Ἄμμονα βασιλέα, 1 (p. 348, 18 Reitzenstein) 6 cf. Ὅροι Ἀσκληπίου, 3 (p. 349, 15 R)

INCP ERMU TRISMESTON DEHLERA AD ASCLIPIUM ADLOCUTA | FELICITER (*h v. ss*) | *et deinceps seq. versiculo*: Asclepius asclepius iste B *et item* M ASCLEPIUS · asclepius iste F

Asclepius iste pro sole mihi est (pro solem est B) *seclusi*; *cf. L. Ménard, Hermès Trismégiste, p. 113 n.*

1 Deus, deus *interpunxi* 2 eique *ed. Rom.* 3 (in)spiratorum (*corr. m. post*) B 8 unum *pro* unius, et *pro* aut *Reitzenstein* (*cf. p. 37, 18—19*) 9—10 ab utro BM (*cf. Lachmann ad Lucret. V 839*): ab utroque *cett.* 12 tatque (*sed pr.* t *eras.*) B, *ut coniecerat Bernays*: atque *cett.* 13 Hammona *Goldb.*: hammonam *ubique* ω Ammonem *ed. Rom.* 15 inludia B | a// nobis (d *eras.*) B

sicuti etiam ad Tat amantissimum et carissimum filium multa physica exoticaque quam plurima. tractatum hunc autem tuo scribam nomine. praeter Hammona nullum vocassis alterum, ne tantae rei religiosissimus sermo multorum interventu praesentiaque violetur. tractatum enim tota numinis maiestate plenissimum inreligiosae mentis est multorum conscientia publicare.'

Hammone etiam adytum ingresso sanctoque illo quattuor virorum religione et divina dei conpleto praesentia, conpetenti venerabiliter silentio ex ore Hermu animis singulorum mentibusque pendentibus, divinus Cupido sic est orsus dicere:

'O Asclepi, omnis humana inmortalis est anima, sed non uniformiter cunctae sed aliae alio more vel tempore.' II

'Non enim, o Trismegiste, omnis unius qualitatis est anima?'

'O Asclepi, ut celeriter de vera⟨e⟩ rationis continentia decidisti! non enim hoc dixi, omnia unum esse et unum omnia, utpote quae in creatore fuerint omnia, antequam creasset omnia? nec inmerito ipse dictus est omnia, cuius membra sunt omnia. huius itaque, qui est unus omnia vel ipse est creator omnium, in tota hac disputatione

---

20 cf. Ὅροι Ἀσκληπίου 19 (p. 354, 6 R)

---

1 Tat *addidi ex* B, *qui* tativ̄ *exhibet* (iv̄ *in spat. 3 litt.*): *om. cett.* | carismum B | exotericaque *Cumont* (*cf. Ménard p. 114: 'relatifs à l'enseignement exotérique'*) ex ethicaque *Hild. fort.* diexodicaque (*cf. Reitzenstein, Poimandres, p. 117 et 126, n. 1*) 3 nomini F 4 vocassis (*in* -es *corr.*) B: vocasses MG vocasset P vocas L evoca F 6 inreligiosis (ae *supra* is; *corr. m. 2*) B inreligiosae (ae *in ras.*) M 7 conscientiae *vulg.* 8 Hammone *Goldb.*: hammona *vel* ammona *codd.* Ammone *ed. Rom.* 10 venerabileter (i *supra* e; *corr. m. 1., ut vid.*) B | Hermu B: ermu *cett.* (erni G) Ἑρμοῦ *Goldb.* Hermis *vulg.* | animu(s) (*corr. m. 1, ut vid.*) B 11 pedentibus (b *ex* s *corr.*) B 12 est (t *in ras.*) B 17 verae *Rohde et Kroll.*: vera ω 19 utpote quae *ed. Rom*: utpote qui ω (utpote que G) utpote quia *edd. vett.*

curato meminisse. de caelo cuncta in terram et in aquam et in aëra. ignis solum, quod sursum versus fertur, vivificum, quod deorsum, ei deserviens. at vero quicquid de alto descendit, generans est, quod sursum versus emanat, nutriens. terra sola in se ipsa consistens omnium est receptrix omniumque generum, quae accepit, restitutrix. hoc ergo totum, sicut meministi, quod est omnium vel omnia, anima et mundus a natura conprehensa agitantur ita omnium multiformi imaginum [ae]qualitate variata, ut infinitae qualitatum ex intervallo species esse noscantur, adunatae tamen ad hoc, ut totum unum et ex uno omnia
III esse videantur. totus itaque quibus formatus est mundus, elementa sunt quattuor: ignis, aqua, terra, aër. mundus unus, anima una et deus unus. nunc mihi adesto totus, quantum mente vales, quantum calles astutia. divinitatis etenim ratio divina sensus intentione noscenda torrenti simillima est fluvio e summo in pronum praecipiti rapacitate currenti[s]; quo efficitur, ut intentionem nostram non solum audientium verum tractantium ipsorum celeri velocitate praetereat. caelum ergo, sensibilis deus, administrator est omnium corporum, quorum augmenta detrimentaque sol et luna sortiti sunt. caeli vero et ipsius animae et omnium, quae mundo insunt, ipse gubernator est, qui est effector, deus. a supradictis enim omnibus, quorum idem gubernator deus omnium, frequentatio fertur influens per mundum et per animam omnium generum et omnium specierum per rerum naturam. mundus autem praeparatus est a deo receptaculum omniformium specie-

1 memi(ni)sse *et item infra v. 7* memi(ni)sti *corr. m. post.* B | eunt *ante* cuncta *addendum censet Koziol* 3 at////vero (*2 litt. eras.*; t *ex* d *corr.*) B 4 ver//sus (*una litt. eras.*) B 7 omnium (vel omne *ss. m. 2*) B *fort.* unum 8 agitant *Goldb., sed cf c. 30 (p 68, 15)* 9 qualitate *edd. vett.*: aequalitate ω 16 torrenti BMF: torrentis GPL 18 currenti *vulg.*: currentis ω (currenti// F) torrentis . . . fluvio . . . currentis *def. Hild* 19 tractantum BP tractatum M 22 sol////t luna (*2 litt. eras*; e *in ras. add. m. rec.*) B 25 deus omnium, frequentatio *recte distinxit Kroll*; omnium *fort. delendum*

rum; natura autem per species imaginans mundum per
quattuor elementa ad caelum usque perducit cuncta dei
visibus placitura. omnia autem desuper pendentia in spe- IV
cies dividuntur hoc, quo dicturus sum, genere. genera
rerum omnium suae species sequuntur, ut sit [ita] soliditas
genus, species generis particula. genus ergo deorum ex
se deorum faciet species. daemonum genus, aeque hominum,
similiter volucrum et omnium, quae in se mundus habet,
sui[s] similes species generat genus. est et aliud animalis
genus sine anima quidem et tamen non carens sensibus,
unde et beneficiis gaudet et adversis minuitur atque vitiatur:
omnium dico, quae in terra radicum stirpiumque
incolumitate vivescunt, quarum species per totam sparsae
sunt terram. ipsud caelum plenum est deo. supradicta
autem genera inhabitant usque ad loca specierum, quarum
omnium rerum inmortales sunt species. species enim pars
est generis, ut homo humanitatis, quam necesse est sequi
qualitatem generis sui. unde efficitur, ut, quamvis omnia
genera inmortalia sint, species non omnes inmortales.
divinitatis enim genus et ipsum et species inmortales sunt.
reliquorum genera, quorum aeternitas est generis, quamvis
per species occidat, nascendi fecunditate servantur ideoque
species mortales sunt, ut homo mortalis sit, inmortalis
humanitas. omnibus tamen generibus omnium generum V
species miscentur, quaedam, quae ante factae sunt, quaedam,
quae de his, quae factae sunt, fiunt. haec itaque,
quae fiunt aut ab diis aut daemonibus aut ab hominibus,
sunt omnes simillimae generibus suis species. corpora

1 natura *δ*: naturam *α* F 3 iussibus *pro* visibus *Kroll, sed cf. p. 57, 19* 5 suae *Kroll*: suas *ω* | ita *seclusi* | soliditas M: soli dita B solidata *cett.* 9 sui *ed Rom*: suis *ω* (vel a *ss m 2* B; sui *ex* suis *corr.* P) | generat genus. est et aliud *distinxi* | animalis *suspect* 13 vivescunt B: viviscunt *cett.* 14 ipsum GL 15 quarum *ex* quorum *corr.* M quarum *vix sanum*; *fort.* quare non 18 u(n)de (*corr. m. 2*) B 19 sint *ante* inmortales *ss. m. 2* B, *fort. recte* 21 generis quamvis: generis vis (ut *ss.*, *corr. m. 2*) B 22 servantur ς: servatur *cett.* 26 quae factae sunt G: quae *om. cett.* (*sed ss. m. 2* B)

enim inpossibile est conformari sine nutu divino; species figurari sine adiutorio daemonum, inanimalia institui et coli sine hominibus non possunt. quicumque ergo daemonum a genere suo defluentes in speciem fortuito coniuncti sunt alicui[us] speciei generis divini, proximitate et consortio diis similes habentur. quorum vero daemonum species in qualitate sui generis perseverant, ii amantes hominum daemones nuncupantur. similis est et hominum ratio aut eo amplior. multiformis enim variaque generis humani species et ipsa a praedicta[e] desuper veniens consortio omnium aliarum specierum multas et prope omnium per necessitatem coniunctiones facit. propter quod et prope deos accedit, qui se mente, qua diis iunctus est, divina religione diis iunxerit, et daemonum, qui his iunctus est. humani vero, qui medietate generis sui contenti sunt, et reliquae hominum species his similes erunt, quorum se
VI generis speciebus adiunxerint. propter haec, o Asclepi, magnum miraculum est homo, animal adorandum atque honorandum. hoc enim in naturam dei transit, quasi ipse sit deus, hoc daemonum genus novit, utpote qui cum isdem se ortum esse cognoscat, hoc humanae naturae partem in se ipse despicit, alterius partis divinitate confisus. o hominum quanto est natura temperata felicius! diis cognata divinitate coniunctus est; partem sui, qua terrenus est, intra se despicit; cetera omnia, quibus se necessarium esse caelesti dispositione cognoscit, nexu secum

---

4 defluentes G: defluens *cett.* **5** alicui *Kroll, qui et distinctionem correxit.* alicuius ω **6—7** species in qualitate *Kroll*: species sunt qualitate ω **7** ii *scripsi*: hii B hi *cett.* **8** ratio BM: rationem *vel* ratione *cett.*; *hoc vocab., quod inter* hominum *et* daemones *(v. 7—8) legitur, huc transposui* **10** praedicta *Kroll*: praedictae ω (praedicto L) **14** daemones *vulg.; oportuit saltem* daemonas **15** medietate// (m *eras.*) B **16** homin$\overset{\text{i}}{\text{e}}$s (*corr. m. fort. 1*) B hominum *ex* omnium *corr. m. 1* M **19** natura B **21** hisdem B *et al. plerique* | cogno$\overset{\text{i}}{\text{s}}$cat (*corr. m. fort. 1*) B **23** //o ıe *post add. et eras.*) B | quanta BM

caritatis adstringit, suspicit caelum. sic ergo feliciore loco medietatis est positus, ut, quae infra se sunt, diligat, ipse a se superioribus diligatur. colit terram, elementis velocitate miscetur, acumine mentis in maris profunda descendit. omnia illi licent, non caelum videtur altissimum; quasi e proximo enim animi sagacitate metitur. intentionem animi eius nulla aëris caligo confundit, non densitas terrae operam eius inpedit, non aquae altitudo profunda despectum eius obtundit. omnia idem est et ubique idem est. horum omnium generum, quae sunt animalia, desuper deorsum radices pervenientes habent, inanimalium autem de imo in superna viva radice silvescunt. quaedam autem duplicibus aluntur alimentis, quaedam simplicibus. alimenta autem sunt bina, animi et corporis, e quibus animalia constant. anima mundi inquieta semper agitatione nutritur. corpora ex aqua et terra, inferioris mundi alimentis, augescunt. spiritus, quo plena sunt omnia, permixtus cunctis cuncta vivificat sensu addito ad hominis intellegentiam, quae quinta pars sola homini concessa est ex aethere. sed de animalibus cunctis humanos tantum sensus ad divinae rationis intellegentiam exornat, erigit atque sustollit. sed quoniam de sensu commoneor dicere, paulo post et huius rationem vobis exponam. est enim sanctissima et magna et non minor quam ea, quae est divinitatis ipsius. sed nunc vobis expediam, quae coeperam. dicebam enim in ipso initio rerum de coniunctione deorum, VII

1 cf. Poem. 12, 20 (p. 111, 9 Parthey)   5 cf. Poem. 10, 25 (p. 84, 7 P); 11, 19 (p. 96, 6 P)   20 cf. Poem. 4, 2 (p. 35, 1 P); 3, 5 (p. 59, 1 P); 12, 12 (p. 106, 9 P)

1 *verba* suspicit caelum *ante* colit terram (*v.* 3) *transponenda censeo*   4 velocitate (vel vicinitate *ss. m.* 2) B | in maris F: in *om. cett.*   5 licent (vel lu *ss. m.* 2) B | *post* caelum *spat.* 3 *vel* 4 *litt. vac. relict.* B   6 mentitur B   7 animi *male repetitum linea infer. notat.* B   8 inpedit F: inpediet *cett.* (*sed* e *exp.* B)   19 sola (*corr. m.* 2) B soli G   20 ex *ex* & *corr.* B   22 sustollet (*corr. m.* 2) B

qua homines soli eorum dignatione perfruuntur, quicumque etenim hominum tantum felicitatis adepti sunt, ut illum intellegentiae divinum perciperent sensum, qui sensus est divinior in solo deo et in humana intellegentia.'

'Non enim omnium hominum, o Trismegiste, uniformis est sensus?'

'Non omnes, o Asclepi, intellegentiam veram adepti sunt, sed imaginem temerario inpetu nulla vera inspecta ratione sequentes decipiuntur, quae in mentibus malitiam parit et transformat optimum animal in naturam ferae moresque beluarum. de sensu autem et de omnibus similibus, quando et de spiritu, tunc totam vobis praestabo rationem. solum enim animal homo duplex est; et eius una pars simplex, quae, ut Graeci aiunt, *οὐσιώδης*, quam vocamus divinae similitudinis formam; est autem quadruplex, quod *ὑλικὸν* Graeci, nos mundanum dicimus, e quo factum est corpus, quo circumtegitur illud, quod in homine divinum esse iam diximus, in quo mentis divinitas tecta sola cum cognatis suis, id est mentis purae sensibus, secum ipsa conquiescat tamquam muro corporis saepta.'

'Quid ergo oportuit, o Trismegiste, hominem in mundo constitui et non in ea parte, qua deus est, eum in summa beatitudine degere?'

'Recte quaeris, o Asclepi. et nos enim deum rogamus, tribuat nobis facultatem reddendae rationis istius. cum enim omnia ex eius voluntate dependeant, tum illa vel maxime, quae de tota summitate tractantur, quam rationem

---

1 cf. Poem. 4, 3 (p. 35, 6 P); 9, 5 (p. 63, 6 P) 5 cf. Poem. 1, 22 (p. 12, 13 P) = *Ποιμ.* 22 (p. 335, 6 Reitz.); 4, 3 (p. 35, 6 P) 7 cf. Poem. 4, 4—5 (p. 36, 6 P) 13 cf. Poem. 1, 15 (p. 7, 13 P) = *Ποιμ.* 15 (p. 332, 8 R)

---

2 etenim *pro* quidem *vel* scilicet (*δή*) *positum opinor* 9 mali(ti)am (*corr. m. 1, ut vid.*) B 11 des//ensu (c *eras.*) B 14—16 *OTCIΩΔHC et TΛIKON recte* B *solus* 16 equo (x *ss. m. 2*) B 23 degerem B 25 ut *ante* tribuat *ss. m. 2* B 27 maxime G *et vulg.*: maxima *cett.* (vel e *ss. m. 2* B)

praesenti disputatione conquirimus. audi ergo, Asclepi. VIII dominus et omnium conformator, quem recte dicimus deum, quo⟨niam⟩ a se secundum fecerit, qui videri et sentiri possit — eundem secundum sensibilem [ita] dixerim non ideo, quod ipse sentiat (de hoc enim, an ipse sentiat an non, alio dicemus tempore), sed eo, quoniam videntium sensus incurrit — quoniam ergo hunc fecit ex se primum et a se secundum visusque ei pulcher, utpote qui sit omnium bonitate plenissimus, amavit eum ut divinitatis partum suae. ergo, ut tantus et bonus, esse[t] voluit alium, qui illum, quem ex se fecerat, intueri potuisset, simulque et rationis imitatorem et diligentiae facit hominem. voluntas etenim dei ipsa est summa perfectio, utpote cum voluisse et perfecisse uno eodemque temporis puncto conpleat. cum itaque eum *οὐσιώδη* ⟨creasset⟩ et animadverteret eum non posse omnium rerum esse diligentem, nisi eum mundano integimento contegeret, texit eum corporea domo talesque omnes esse praecepit ex utraque natura in unum confundens miscensque, quantum satis esse debuisset. itaque hominem conformat ex animi et corporis id est ex aeterna atque mortali natura, ut animal ita conformatum utraeque origini suae satisfacere possit, et mirari atque ⟨ad⟩orare caelestia et incolere atque gubernare terrena.

---

1 Lactant. inst. div. IV 6; cf. August. tract. advers. V haereses c 3. — cf. Poem. 1, 8—12 (p. 4, 14 — p. 6, 7 P) = *Ποιμ.* 8—12 (p. 330, 9 — p. 331, 11 R) 13 cf. Poem. 10, 2 (p. 68, 3 P) 20 Lactant. inst. div. VII 13

---

3 quoniam *Goldb.*: quo (quō = quoniam) ω | qui videri et sentiri G*ϑ*: qui viderit et viderten (*sic, spat. unius vel 2 litt. vac. relicto*) possit B qui viderit et videre/' (t *eras.*) possit M *ὁρατὸν καὶ αἰσθητόν Hermes ap. Lactant.* **4** ita *seclus. Kroll* **7** facit B **8** est *ante* ei *add.* F **10** partum (*cf. τόκον ap. Lact.*) *Kroll*: partem ω | esse *Kroll, qui et recte distinxit*: esset ω **12** fecit F **13** dei ipsa F: de ipsa *cett.* (de *exp.* B) **15** *OΥCIΩΔH recte* B *solus* | creasset *add. Koziol* **18** homines *post* omnes *addendum censet Rohde* **21** mortalia B **22** origini L: origenis (i *ex* e *corr. m. post.*) B origini// M originis F originis GP **23** adorare *Rohde*: orare ω

modo autem dico mortalia non aquam et terram, quae duo de quattuor elementis subiecit natura hominibus, sed ea, quae ab hominibus aut in his aut de his fiunt, [a]ut ipsius terrae cultus, pascuae, aedificatio, portus, navigationes, communicationes, commodationes alternae, qui est humanitatis inter se firmissimus nexus et mundi partis, quae est aquae et terrae; quae pars terrena mundi artium disciplinarumque cognitione atque usu servatur, sine quibus mundum deus noluit esse perfectum. placitum enim dei necessitas sequitur, voluntatem comitatur effectus. neque enim credibile est deo displiciturum esse, quod placuit, cum et futurum id et placiturum multo ante sciverit.

IX sed, o Asclepi, animadverto, ut celeri mentis cupiditate festines audire, quomodo homo caeli vel quae in eo sunt dilectum possit habere vel cultum. audi itaque, o Asclepi. dilectus dei caeli cum his, quae insunt, omnibus una est obsequiorum frequentatio. hanc aliud animal non fecit nec divinorum nec mortalium nisi solus homo. hominum enim admirationibus, adorationibus, laudibus, obsequiis caelum caelestesque delectantur. nec inmerito in hominum coetum Musarum chorus est a summa divinitate demissus, scilicet ne terrenus mundus videretur incultior, si modorum dulcedine caruisset, sed potius ut musicatis hominum cantilenis concelebraretur laudibus, qui solus omnia aut pater est omnium, atque ita caelestibus laudibus nec in terris harmoniae suavitas defuisset. aliqui ergo ipsique pau-

---

3 ut *edd. vett.*: aut ω (*sed a exp.* B) **7** aqua et terra F **8** usum B **9** placitum G *et vulg.*: placitẹ// (ẹ *ex corr. antiq. m. in ras. 2 litt.*; vel tum *ss. m. 2*) B placite *cett.* (placita P[2]) | enim (e *rescript.*) B **10** sequimur (t *corr. m. 2*) B **11** credibili B **13** anim//adverto (a *eras.*) B **15** auditaque (i *ss. m. 2*) B **16** delectus B | et *ante* caeli *ss. m. 2* B, *quod recepit Vulc.* dei *seclus. Koziol* **17** fecit (a *corr. m. 1, ut vid.*) B **18** mortalium *Kroll*: animalium ω **19** obsequis B **21** dimisus B dimissus M **24** ⟨et⟩ laudibus *ed. Rom.* laudibus⟨que⟩ *Goldb.* laudibus *fort. delendum* **26** ergo ipsique *scripsi*: ipsique ergo ω (*sed cum traiect. sign.* B)

cissimi pura mente praediti sortiti sunt caeli suspiciendi venerabilem curam. quicumque autem ex duplici naturae suae confusione ⟨in⟩ inferiorem intellegentiam mole corporis resederunt, curandis elementis hisque inferioribus sunt praepositi. animal ergo homo, non quo dis eo minor, quod ex parte mortalis sit, sed eo forte aptius efficaciusque conpositus ad certam rationem mortalitate auctus esse videatur. scilicet quoniam utrumque nisi ex utraque materia sustinere non potuisset, ex utraque formatus est, ut et terrenum cultum et divinitatis posset habere dilectum

X rationem vero tractatus istius, o Asclepi, non solum sagaci intentione verum etiam cupio te animi vivacitate percipere. est enim ratio plurimis incredibilis, integra autem et vera percipienda sanctioribus mentibus. itaque hinc exordiar. aeternitatis dominus deus primus est, secundus est mundus, homo est tertius. effector mundi deus et eorum, quae insunt, omnium, simul cuncta gubernando cum homine ipso, gubernatore conpositi. quod totum suscipiens homo, id est curam propriam diligentiae suae, efficit, ut sit ipse et mundus uterque ornamento sibi, ut ex hac hominis divina conpositione mundus Graece rectius κόσμος dictus esse videatur. is novit se, novit et mundum, scilicet ut meminerit, quid partibus conveniat suis, quae sibi utenda, quibus sibi inserviendum sit, recognoscat, laudes gratesque

5 cf. Poem. 10, 24 (p. 84, 3 P) 13 cf. Poem. 9, 10 (p. 66 11 P) 15 cf. Poem. 8, 2 et 5 (p. 57, 1 et p. 58, 17 P); 9, 8 (p. 65, 2 P), 10, 10 (p. 73, 18 P). 12 (p. 75, 2 P). 14 (p. 78, 6 P). 22 (p. 82, 5). Stob. Ekl. I 41, 1 (t. I, p. 275, 3 Wachsm.)

3 ⟨in⟩ inferiorem *Koziol*: interiorem ω | intellegentiam (gent *in ras.*) B 4 reciderunt *pro* resederunt *Koziol, sed nihil mutandum* 5 non quo dis B: non quod is Gδ non quod//is M non quidem is *edd. nonn.* 6 forte *pro* forte B 12 inten(t)ione (*corr. m. post.*) B 17—18 in homine ipso gubernatorem conposuit *ex* PL *proposuit Kroll, sed cum* effector mundi deus (*v. 16*) *subaud.* est 18—19 homo id [est] curam p. d. s. efficit, ut *Kroll* 20 hominis *ed. Rom.*: omnis ω 21 κόσμος *edd.*: KOCMΩC ω (KOSMOS F)

maximas agens deo, eius imaginem venerans, non ignarus se etiam secundam esse imaginem dei, cuius sunt imagines duae mundus et homo. unde efficitur, ut, quoniam est ipsius una conpago, parte, qua ex anima et sensu, spiritu atque ratione divinus est, velut ex elementis superioribus inscendere posse videatur in caelum, parte vero mundana, quae constat ex igne, aqua et aëre, mortalis resistat in terra, ne curae omnia suae mandata vidua desertaque dimittat. sic enim humanitas ex parte divina, ex alia

XI parte effecta mortalis est in corpore consistens. est autem mensura eius utriusque, id est hominis, ante omnis religio, quam sequitur bonitas. ea demum tunc videtur esse perfecta, si contra cupiditatem alienarum omnium rerum sit despectus virtute munita. sunt ab omnibus cognationis divinae partibus aliena omnia, quaecumque terrena corporali cupiditate possidentur; quae merito possessionum nomine nuncupantur, quoniam non nata nobiscum, sed postea a nobis possideri coeperunt: idcirco etiam possessionum nomine nuncupantur. omnia ergo huiusmodi ab homine aliena sunt, etiam corpus, ut et ea, quae adpetimus, et illud, ex quo adpetentiae nobis est vitium, despiciamus. ut enim meum animum rationis ducit intentio, homo hactenus esse debuit, ut contemplatione divinitatis partem, quae sibi iuncta mortalis est mundi inferioris necessitate

---

1 cf. Poem. 5, 2 (p. 42, 10 P); 8, 2 (p 57, 2 P). 5 (p. 58, 17 P); 12, 15 (p. 108, 12 P). 16 (p. 109, 2 P)   6 cf. Poem. 10, 25 (p. 84, 9 P)

---

2 secundam G: secundum *cett.* ¦ sint M   **4** quaę B   **6** inscendere (vel **a** *ss. m. 2*) B ascendere F   **7** et aqua Gδ   **8** sua emendata (vel e *et* cō, *ut sit* suae commendata, *ss. m. 2*) B   **9** diu(i)na (*corr. m. 1, ut vid.*) B   **11** uiriusque B ¦ omnis ⟨res⟩ *Koziol, sed cf. p. 76, 10*   **14** sint *pro* sunt MG ¦ enim *post* sunt *add.* δ; *malim* autem   **18—19** idcirco — nuncupantur: '*haec enuntiatio . . . plane superflua, ne dicam molesta est*' *Hildebrand*   **20** et (e)aquae (e *ss. m. 2*) B   **21** et *pro* est B   **22** ducti *pro* ducit BM   **24** inferioris *Koziol, qui et recte sententiam distinxit*: interioris ω ¦ necessitate// (s *eras. in fine vers.*) B

servandi, despiciat atque contemnat. nam ut homo ex utraque parte possit esse plenissimus, quaternis eum utriusque partis elementis animadverte esse formatum, manibus et pedibus utrisque binis aliisque corporis membris, quibus inferiori, id est terreno, mundo deserviat, illis vero partibus quattuor animi, sensus, memoriae atque providentiae, quarum ratione cuncta divina norit atque suspiciat. unde efficitur, ut rerum diversitates, qualitates, effectus, quantitates suspiciosa indagatione sectetur, retardatus vero gravi et nimio corporis vitio has naturae rerum causas, quae verae sunt, proprie pervidere non possit. hunc ergo sic effectum conformatumque et tali ministerio obsequioque praepositum a summo deo, eumque [conpetenter] munde mundum servando, deum pie colendo, digne et conpetenter in utroque dei voluntati parentem, talem quo munere credis esse munerandum — siquidem, cum dei opera sit mundus, eius pulchritudinem qui diligentia servat atque auget, operam suam cum dei voluntate coniungit, cum speciem, quam ille divina intentione formavit, adminiculo sui corporis diurno opere curaque conponit — nisi eo, quo parentes nostri munerati sunt, quo etiam nos quoque munerari, si foret divinae pietati conplacitum, optamus piissimis votis, id est ut emeritos atque exutos mundana custodia, nexibus mortalitatis absolutos, naturae superioris parti[s], id est divinae, puros sanctosque restituat?'

12 cf. Poem. 10, 19 (p. 79, 14 P)

6 quatiuor B | *post* memoriae *spat. 3 fere litt. in fine vers. vac. relict.* B **9** *post* effectus *spat. 3 fere litt. in fine vers. vac. relict.* B **11** propriae B | possit GL[1]: possunt *cett.* **12** formatumque MG **13** conpetenter *secl. Kroll, qui etiam* eumque *delere vult* **15** volu(n)tati (v *ex* li *per ras.*; n *add. m. 2*) B **16** parēnt (*sic*) *super* siquidem *scr. m. fort. 2* B **17** mundus GL: mundum *cett.* (*sed* m *exp. et* s *ss. m. 1, ut vid.* B) **22** conplati(t)um (t *add. m. 2*) B **24** absolutos *ex* obsolutos *corr. m. post.* B **25** parti *Kroll*: partis *ω*

XII 'Iuste et vere dicis, o Trismegiste. haec est enim merces pie sub deo, diligenter cum mundo viventibus. secus enim inpieque qui vixerint, et reditus denegatur in caelum et constituitur in corpora alia indigna animo sancto et foeda migratio. ut iste rationis sermo processit, o Trismegiste, futurae aeternitatis spe animae in mundana vita periclitantur; sed aliis incredibile, aliis fabulosum, aliis forsitan videatur esse deridendum. res enim dulcis est in hac corporali vita, qui capitur de possessionibus fructus. quare animam obtorto, ut aiunt, detinet collo, ut in parte sui, qua mortalis est, inhaereat, nec sinit partem divinitatis agnoscere invidens inmortalitati malignitas. ego enim tibi quasi praedivinans dixero nullum post nos habiturum dilectum simplicem, qui est philosophiae, quae sola est in cognoscenda divinitate frequens obtutus et sancta religio. multi etenim et eam multifaria ratione confundunt. quomodo ergo multi inconprehensibilem philosophiam efficiunt aut quemadmodum eam multifaria ratione confundunt?'

XIII 'O Asclepi, hoc modo: in varias disciplinas nec conprehensibiles eam callida commentatione miscentes, ἀριθμητικὴν et musicen et geometriam. puram autem philosophiam eamque ⟨e⟩ divina tantum religione pendentem tantum intendere in reliquas oportebit, ut apocatastasis

8 cf Poem. 10, 5 (p. 72. 5—8 P). 19 (p 80, 1 P) [*ubi tamen negat Hermes in bruti animalis corpus animam humanam cadere*]. 20 (p. 81. 3 P)

1 sqq. *quae in hoc capite leguntur inter personas sic fere mihi distribuenda videntur:* A. Iuste — o Trismegiste. Tr. Haec est enim — migratio. A. Ut iste — malignitas. Tr. Ego enim — confundunt. A. Quomodo ergo — confundunt? *cuius distributionis aliqua vestigia in G et al extant* 6 animeae B 8 forsitam B 10 quae res B 13 ego GL: ergo *cett.* (*sed* r *exp.* B *er eras.* M) 16 et *ante* eam *om.* G | eam GL: ea *cett.* 18 efficiunt B: afficiunt *cett.* 22 ἀριθμητικήν *scripsi*: *ΑΡΙΘΜΕΤΙΚΗΝ* F *ΑΡΙΘΜΕΤΙΚΗΝ* M ARITMeTIKeN F arimetbicen G arithmeticen *vulg* 23 e *addidi* 24 oportenit B M (opoitnerit M²)

astrorum, stationes praefinitas cursumque commutationis numeris constare miretur; terrae vero dimensiones, qualitates, quantitates, maris profunda, ignis vim et horum omnium effectus naturamque cognoscens miretur, adoret atque conlaudet artem mentemque divinam. musicen vero nosse nihil aliud est, nisi cunctarum [omnium] rerum ordinem scire quaeque sit divina ratio sortita: ordo enim rerum singularum in unum omnium artifici ratione conlatus concentum quendam melo divino dulcissimum verissimumque conficiet. XIV qui ergo homines post nos erunt, sophistarum calliditate decepti a vera, pura sanctaque philosophia avertentur. simplici enim mente et anima divinitatem colere eiusque facta venerari, agere etiam dei voluntati gratias, quae est bonitatis sola plenissima, haec est nulla animi inportuna curiositate violata philosophia. et de his sit hucusque tractatus. de spiritu vero et de his similibus hinc sumatur exordium. fuit deus et ὕλη, quem Graece credimus mundum, et mundo comitabatur spiritus vel inerat mundo spiritus, sed non similiter ut deo nec deo haec, de quibus mundus. idcirco non erant, qu⟨i⟩a n⟨a⟩ta non erant, sed in eo iam tunc erant, unde nasci habuerunt. non enim ea sola non nata dicuntur, quae necdum nata sunt, sed ea, quae carent fecunditate generandi, ita ut ex his nihil nasci possit. quaecumque ergo sunt, quibus inest natura generandi, haec et generabilia sunt, de quibus nasci potest, tametsi ea ex se nata sunt. neque enim dubitatur ex his, quae ex se nata sunt, facile

---

2 qualitates *ex* qualitatis *corr. m. 2* B   5 mentemque (-em *in ras.*) B   6 est *edd. vett.*: esse ω | omnium *om.* G, *quod prob. Rohde*   7 quaque sit divine M   8 singularium B | sonum *pro* omnium *Kroll* | conlatus *ed. Rom.*: conlata ω *fort.* conlatarum   11 calliditate decepti *ex* calliditatem cepti *corr. m. 1* B | vera//// (*2 litt. eras. in fine vers.*) B | pura *om.* BM   14 voluntati (i *in ras.*) B   15 nulla GL: nulli *cett.* | violenta BM   17 summatur B | ὕλη *edd.*: yle ω (hyle B)   21 quia nata *scripsi*: quanta BMP quando GLF quando nata *edd. vett.*   26 nata *ex* nati *corr. m. 1* B nati M

nasci posse, de quibus cuncta nascuntur. deus ergo sempiternus, deus aeternus nec nasci potest nec potuit: hoc est, hoc fuit, hoc erit semper. haec ergo est, quae ex se tota est, natura dei. ὕλη autem vel mundi natura et spiritus, quamvis nata non videantur a principio, tamen in se nascendi procreandique vim possident atque naturam. fecunditatis etenim initium in qualitate naturae est, quae et conceptus et partus in se possidet vim atque materiam.

XV haec itaque sine alieno conceptu est sola generabilis. at vero ea, quae vim solam concipiendi habent ex alterius commixtione naturae, ita discernenda sunt, ut hic locus mundi cum his, quae in se sunt, videatur esse non natus, qui utique in se vim totius naturae habet. locum autem dico, in quo sint omnia. neque enim haec omnia esse potuissent, si locus deesset, qui omnia sustinere potuisset. omnibus enim rebus, quae fuerint, praecavendum est loco. nec qualitates etenim nec quantitates nec positiones nec effectus dinosci potuissent earum rerum, quae nusquam sunt. sic ergo et mundus, quamvis natus non sit, in se tamen omnium naturas habet, utpote qui his omnibus ad concipiendum fecundissimos sinus praestet. hoc est ergo totum qualitatis materiae, quae creabilis est, tametsi creata non est. sicuti enim in natura materiae qualitas fecunda est, sic et malignitatis eadem est aeque fecunda.

XVI ne<c> e[r]go dixi, o Asclepi et Hammon, quod a multis dicitur: non poterat deus incidere atque avertere a rerum natura malitiam? quibus respondendum nihil omnino est; vestri tamen causa et haec prosequar, quae coeperam, et rationem reddam. dicunt enim ipsi deum debuisse omni-

---

1 sempiternum (*corr. m fort. 1*) B **2—3** hic *pro* hoc (*ter*) *edd. vett.* | hoc//erit (s *vel* f *eras.*) B **4** *ΥΛΗ recte* B *solus.* **4—5** et spiritus *ed. Rom.*: est spiritus ω (*sed* est *exp. et* et *ss. m. fort. 1* B) **6—7** *post* naturam *distinxi* (*vulg.* naturam fecunditatis) **12** videantur B **13** tot(i)us (*corr. m. 1*) B **15** quo B qui *ex* quo *corr.* M **16** fuerint (*sed* u *ss. m. fort. 1*) B: fuerunt *cett.* **20** hiis (*sed* h *eras.*) M iis *vulg.* **21** conspiciendum BM **24** eaque *pro* aeque B **25** nec *ed. Rom.*: ne ω | ego *edd. vett.*: ergo ω **28** *fort.* persequar

fariam mundum a malitia liberare; ita enim in mundo est, ut quasi membrum ipsius esse videatur. provisum cautumque est, quantum rationabiliter potuisset a summo deo, tunc, cum sensu, disciplina, intellegentia mentes hominum est munerare dignatus. hisce enim rebus, quibus ceteris antistamus animalibus, solis possumus malitiae fraudes, dolos vitiaque vitare. ea enim qui, antequam his inplicitus est, ex aspectu vitarit, is homo est divina intellegentia prudentiaque munitus; fundamentum est enim disciplinae in summa bonitate consistens. spiritu autem ministrantur omnia et vegetantur in mundo, qui quasi organum vel machina summi dei voluntati subiectus est. itaque ⟨haec⟩ hactenus a nobis intellegantur. mente sola intellegibilis, summus qui dicitur deus, rector gubernatorque est sensibilis dei eius, qui in se circumplectitur omnem locum, omnem rerum substantiam totamque gignentium creantiumque materiam et omne quicquid est, quantumcumque est. spiritu vero agitantur sive guber- XVII
nantur omnes in mundo species, unaquaeque secundum naturam suam a deo distributam sibi. ὕλη autem vel mundus omnium est receptaculum omniumque agitatio atque frequentatio, quorum deus gubernator, dispensans omnibus rebus mundanis, quantum unicuique necessarium. † sed spiritu vero inplet omnia, ut cuiusque naturae

---

1 liberaret (*sed* t *del.*) B **6** antestamus ω | solis B **8** iis *pro* his *ed. Rom.* | uttarit (vitarit *corr. m. 2*) B uttantis *pro* vitarit is M **11** qui *om.* BMP (aër *in marg. adscr. m. 2* B) **13** haec *addidi et post* intellegantur *interpunxi* | intellegantur BMPF (*sed* n *exp.* B): intelligatur GL (*ex* intelligitur *corr.*) hactenus a. n. intellegatur m. s. i. e. q. d. deus, ⟨quod⟩ rector cett. *Kroll* **17** omnem B **20** a *om.* BMP (*sed add. m. 2* B) | disiributam (*sed* t *ex* i *corr. m. post.*) B | *TΛH recte* B *solus* **22** *post* gubernator (*subaud.* est; *cf. p.* 45, 16) *interpunxi* **23** omnibus rebus mundanis quantum *Hild.*: omnibus quantum rebus mundanis ω (omnibus rebus humanis quantum F *et vulg.*) **24** sed (vel est *ss. m. 2*) B sed *om.* GF aut *pro* ut BM (*sed* a *exp.* B)

qualitas est, inhalata. est enim cava mundi rotunditas in modum sphaerae ipsa sibi qualitatis vel formae suae causa invisibilis tota, quippe cum quemcumque in ea summum subter despiciendi causa delegeris locum, ex eo, in imo quid sit, videre non possis. propter quod multis loci[s] instar qualitatemque habere creditur. per formas enim solas specierum, quarum imaginibus videtur insculpta, quasi visibilis creditur, cum depicta monstratur; re autem vera est sibi ipsi invisibilis semper. ex quo eius imum † vel pars si locus est in sphaera, Graece *Ἅιδης* dicitur, siquidem *ἰδεῖν* Graece videre dicatur, quo⟨d⟩ visu imum sphaerae careat. unde et ideae dicuntur species, quod sint visibiles formae. ab eo itaque, quod visu priventur, Graece *Ἅιδης*, ab eo, quod in imo sphaerae sint, Latine inferi nuncupantur. haec ergo sunt principalia et antiquiora et quasi capita vel initia omnium, quae sunt in his aut per haec aut de his.'

XVIII 'Omnia haec ergo ipsa, ut dicis, quae sunt, o Trismegiste?'

'Mundana, ut ita dixerim, specierum omnium, quae insunt, uniuscuiusque, sicuti est, tota substantia. mundus itaque nutrit corpora, animas spiritus. sensus autem, quo

40 cf. Poem. 8, 3 (p. 57, 11 P)

1 inhalata *Goldb.*: inaltata BM inalata F *om.* GPL **6** loci *scripsi* (*cf. p. 50, 11 sqq.; p. 68, 19*): locis ω | per enim formas BMP (*sed cum traiect. sign.* B) **7** inscalpta B **10** vel pars (par M) si locus est ω *post* pars *lacunam signif Goldb.* pars ⟨infera⟩ *Koziol fort.* ex quo eius imum [vel pars], ⟨imo⟩ si locus est in sphaera | *Ἅιδης edd.*: *ΑΔΗC* B *alia alii* **11** *ΙΔΕΙΝ recte* B | dica(i)tur (*corr. m. 2*) B | quod visu *scripsi*: quo visu ω. **12** ideae M: ideo *cett.* (ideo(ae) *corr. m. 2* B) *ἰδέαι edd.* | quod *ed. Rom.*: quo ω (d *add. m. 2* B) **13** visibilis δ **14** *ΑΔΗC recte* B **18** haec *om.* Gδ | aut *pro* ut BM (*sed* a *exp.* B) | quae sunt *Kroll*: quae est ω **21** in *post* insunt *add.* GPL, *a qua praepositione pendentem ablativum excidisse existimat Kroll; ego vero* insunt *absolute dictum puto* (*cf. p. 44, 16; 45, 16—17*) **22** anima(s) (*corr. m. 2*) B anima M

dono caelesti sola felix sit humanitas — neque enim omnes sed pauci, quorum ita mens est, ut tanti beneficii capax esse possit; ut enim sole mundus, ita mens humana isto clarescit lumine et eo amplius; nam sol quicquid inluminat, aliquando terrae et lunae interiectu interveniente nocte eius privatur lumine — sensus autem cum semel fuerit animae commixtus humanae, fit una ex bene coalescente commixtione materia, ita ut numquam huiusmodi mentes caliginum inpediantur erroribus. unde iuste sensum deorum animam esse dixerunt. ego vero nec eorum dico omnium sed magnorum quorumque et principalium.'

'Quos dicis vel rerum capita vel initia primordiorum, o Trismegiste?' XIX

'Magna tibi pando et divina nudo mysteria, cuius rei initium facio exoptato favore caelesti. deorum genera multa sunt eorumque omnium pars intellegibilis, alia vero sensibilis. intellegibiles dicuntur non ideo, quod putentur non subiacere sensibus nostris; magis enim ipsos sentimus quam eos, quos visibiles nuncupamus, sicuti disputatio perdocebit et tu, si intendas, poteris pervidere. sublimis etenim ratio eoque divinior ultra hominum mentes intentionesque consistens, si non attentiore aurium obsequio verba loquentis acceperis, transvolabit et transfluet aut magis refluet suique se fontis liquoribus miscebit. sunt

1 cf. Poem. 1, 21—22 (p. 12, 13 P) = *Ποιμ.* 22 (p. 335, 6 R) 9 Poem. **12**, 8—9 (p. 104, 7—8, 12—13 P)

2 tanta (i *ss.*) (*corr. m. 2*) B | beneficiis BM (*sed* s *exp.* B *et eras.* M) **5** et *exp* *et* lunae *om.* B | et *ante* interveniente *add. m. 2* B **6** primatur (v *ss.*) (*corr. m. fort. 2*) B **7** humanae *ex* humana *corr. m. 2* B **8** ita: tia B *om.* M **10** sensum *scripsi*: sensus ω **13** ini(ti)a (*corr. m. 2*) B **17** alias B **18** intellegibiles G, intellegibilis *cett.* (*sed* e *ss. m. rec.* B, -es *ex* -is *corr.* M) **19** ipsos ϑ: ipse B ipsa M *om.* G **24** loquentis *scripsi* (*cf.* *τῆς τοῦ λέγοντος φωνῆς Poem. 10, 17* [*p. 78, 7 P*]): loquentias B loquentia *cett.* | acceperis *scripsi*: acceperit ω **25** fontes (i *ss.*) (*corr. m. 1*) B | miscebit G: miscet *cett.*

ergo omnium specierum principes dii. hos consecuntur dii, quorum est princeps οὐσία. hi sensibiles, utriusque originis consimiles suae, qui per sensibilem naturam conficiunt omnia, alter per alterum, unusquisque opus suum inluminans. caeli vel quicquid est, quod eo nomine conprehenditur, οὐσιάρχης est Iuppiter; per caelum enim Iuppiter omnibus praebet vitam. solis οὐσιάρχης lumen est; bonum enim luminis per orbem nobis solis infunditur. *** XXXVI, quorum vocabulum est Horoscopi, id est eodem loco semper defixorum siderum, horum οὐσιάρχης vel princeps est, quem παντόμορφον vel omniformem vocant, qui diversis speciebus diversas formas facit. septem sphaerae quae vocantur, habent οὐσιάρχας, id est sui principes, *** quam fortunam dicunt aut εἱμαρμένην, quibus inmutantur omnia lege naturae stabilitateque firmissima, sempiterna agitatione variata. aër vero organum est vel machina omnium, per quam omnia fiunt; est autem οὐσιάρχης huius secundus *** mortalibus mortalia et his similia. his ergo ita se habentibus, ab imo ad summum † se

9 cf. Stob. Ekl. I 21, 9 (t. I, p. 189, 21 Wachsm.) 12 cf. Lydus de mens. IV 7 (p. 70, 22 Wuensch)

1 consecuntur B (*cf. p. 79, 10*): sequuntur *cett.* **2** *OTCIA recte* B | uirisque *pro* utriusque BM **4** alter per BM: altera per *cett.* **6** *post* conprehenditur *in fine vers. spat. 6 litt. vac relict* B *OTCIAPXHC recte* B, *et item v. 7* **8** enim: n *ex* st *corr. per ras.* B | '*post* infunditur *sine dubio lacuna hiat*' *Kroll* **10** *OTCIAPXef* B **11** *παντόμορφον edd.*: *ΠΑΝΙΟΜΟΡΦΟ* (*deinde spat. 2 litt. in fine vers. vac. relict.*) B *ΠΑΝΤΟΜΟΡΦΟ* M PaNTOMORFO F **12** specieb B | diversas (as *in ras. m. 1*) B **13** *OTCIAPXAC recte* B | *post* principes *lacunam esse suspicatur Kroll* **14** *εἱμαρμένην edd.*: *HMAPMENHN* B *HMAPMENH* M eMaRMeNeN F **15** lege GL: leges *cett.* (i *ss. m. rec.* B; -es *in* -is *corr.* M) | stabilitate (*om.* que) F **17** per quam B: per quem *cett.* | *OTCAPXHC* B **18** *post* secundus *lacunam significavi* **19** sqq. *locum misere depravatum ac mutilum, ut in* B *legitur* (*nisi quod* moventibus *ex* mobentibus *corr. m. post.*), *exhibui*

atmoventibus sic sibi conexa sunt omni pertinentia ad se at de *** ⟨in⟩mortalibus mortalia sensibiliaque insensibilibus adnexa sunt. summa vero gubernatori[s] summo illi domino paret *** vel esse non multa aut potius unum. ex uno etenim cuncta pendentia ex eoque defluentia cum distantia videntur, creduntur esse quam plurima, adunata vero unum vel potius duo: unde fiunt omnia et a quo fiunt, id est de materia, qua fiunt, et ex eius voluntate, cuius nutu efficiuntur † alia.' XX

'Haec iterum ratio quae est, o Trismegiste?'

'Talis, o Asclepi. deus etenim vel pater vel dominus omnium vel quocumque alio nomine ab hominibus sanctius religiosiusque nuncupatur, quod inter nos intellectus nostri causa debet esse sacratum — tanti etenim numinis contemplatione nullo ex his nominibus eum definite nuncupabimus. si enim vox hoc est: ex aëre spiritu percusso sonus declarans omnem hominis voluntatem vel sensum, quem forte ex sensibus mente perceperit, cuius nominis tota substantia paucis conposita syllabis definita atque circumscripta est, ut esset in homine necessarium vocis auriumque commercium, simul etiam et sensus et spiritus et aëris et omnium in his aut per haec aut de his nomen

11 cf. Lactant. inst. div. I 6. — Poem 5, 10 (p. 46, 13 P)

1 admoventibus MG id moventibus PL moventibus F | omnia *praeter* B *cett.* 2 ac de MGP et de L ac (*om.* de) F | inmortalibus *unus* ς: mortalibus ω 3 gubernatori *scripsi*: gubernatoris ω (gubernationis G, *quod recepit Goldb.*) 4 *post* paret *lacunam significavit Goldb.* 6 plurimā (*sed lineol. eras.*) B 9 talia *pro* alia *Goldb.* 10 haec [ASCLEP̄] (ASCLEP̄ *ss. m. fort. 1*) B 10—11 trismegisterialis [TRIM] (vel aliis *ss. m. 2, sed eras.*) o asclepi (TRIM̄ *ss. m. fort. 1*) B trismegiste|rialis. o asclepi M 12 vel *om* BM | homi(ni)bus (*corr. m. 2*) B 13 nuncupantur B 15 contemplacionē B | nuncupabimus (bimus *in ras.*; b *ex* v *corr. m. 1*) B 20 homine *ex* nomine *corr. m. 1* B 22 per *in ras.* B | aut de his *scripsi* (*cf. p. 52, 17*): autem his B his autem MG aut cum his δ

est totum dei; non enim spero totius maiestatis effectorem omniumque rerum patrem vel dominum uno posse quamvis e multis conposito nuncupari nomine, hunc vero innomine⟨m⟩ vel potius omninomine⟨m⟩ esse, siquidem is sit unus et omnia, ut sit necesse aut omnia eius nomine aut ipsum omnium nominibus nuncupari — hic ergo solus ut omnia, utraque sexus fecunditate plenissimus, semper voluntatis praegnans suae parit semper, quicquid voluerit procreare. voluntas eius est bonitas omnis. haec eadem bonitas omnium rerum est ex divin[it]a[te] eius nata natura, uti sint omnia, sicuti sunt et fuerunt, et futuris omnibus dehinc naturam ex se nascendi sufficia⟨n⟩t. haec ergo ratio, o Asclepi, tibi sit reddita, quare et quomodo fiant omnia.'

XXI 'Utriusque sexus ergo deum dicis, o Trismegiste?'

'Non deum solum, Asclepi, sed omnia animalia et inanimalia. inpossibile est enim aliquid eorum, quae sunt, infecundum esse. fecunditate enim dempta ex omnibus, quae sunt, inpossibile erit semper esse, quae sunt. ego enim et naturam et sensum [et naturam] et mundum dico in se continere naturam et nata omnia conservare. procreatione enim uterque plenus est sexus et eius utrius-

3 cf. Poem. 5, 10 (p. 47, 1 P) 6 cf. Poem. 1, 9 (p. 4, 17 P) = Ποιμ. 9 (p. 330, 12 R); 5, 9 (p. 46, 3 P) 8 cf. Poem. 10, 2—4 (p. 68, 3—69, 6 P)

3 conpositio B | innominem *Hild.*: innomine BMF in nomine GP uno nomine L 4 omninominem *Hild.*: omnomine BPF soninomine (ni *ex* m *per ras.*?) M omni nomine G omnium nomine L | esse, *quod post* aut omnia (*v.* 5) *legitur, huc transposui; delendum censet Rohde* | sit († *in ras.*) B 6 *post* omnia *interpunxi* ('solus ut omnia = *ὡς πάντα ὤν' Kroll*) 10 divina *Reitzenstein*: divinitate ω 12 sufficiant *Kroll*: sufficiat ω 13 asclepi (a *ex* u *corr. m. 1*) B 13—14 *recte distinxit Kroll* (utriusque sexus *vulgo cum* omnia *coniungunt, at in* B *super* utriusque sexus *m. XV. s. adscripsit*: Aesculapius quaerit)

16 inpossibilis (*corr. m. 2*) B | enim ut BMP (*sed* ut *eras.* M) 17 ineffecundum B in///fecundum (ef *eras.*) M 19 enim et in naturam B | et naturam *om.* F *et seclus. edd. ante Goldb.* | mundum (und *in ras m. 1*) B 20 omni B

que conexio aut, quod est verius, unitas inconprehensibilis est, quem sive Cupidinem sive Venerem sive utrumque recte poteris nuncupare. hoc ergo omni vero verius manifestiusque mente percipito, quod ex [omni] illo totius naturae deo hoc sit cunctis in aeternum procreandi inventum tributumque mysterium, cui summa caritas, laetitia, hilaritas, cupiditas amorque divinus innatus est. et dicendum foret, quanta sit eius mysterii vis atque necessitas, nisi ex sui contemplatione unicuique ex intimo sensu nota esse potuisset. si enim illud extremum temporis, quo ex crebro adtritu prurimus, ut utraque in utramque fundat natura progeniem, animadvertas, ut altera avide alterius ⟨semen⟩ rapiat interiusque recondat, denique eo tempore ex commixtione communi et virtutem feminae marum adipiscuntur et mares femineo torpore lassescunt. effectus itaque huius tam blandi necessariique mysterii in occulto perpetratur, ne vulgo inridentibus inperitis utriusque naturae divinitas ex commixtione sexus cogatur erubescere, multo magis etiam si visibus inreligiosorum hominum subiciantur. sunt autem non multi aut admodum pauci, ita ut XXII numerari etiam in mundo possint, religiosi. unde contingit in multis remanere malitiam defectu prudentiae scientiaeque rerum omnium, quae sunt. ex intellectu enim rationis divinae, qua constituta sunt omnia, con-

4 percipito *Hildebrand*: percepto ω | omni *ut male e v. 3 repet. seclusi* domino *pro* omni *Kroll* 5 deo esti cunctis (i *in* esti *m. post. del.*) B deo est cunctis M | praecreandi (*corr. m. 1*) B 6 caritas *ex* cartias *corr. m. rec.* B | laetitia *vulg.*: cletitiae B laeticia// (e *eras.*) M laetitiae *vel* leticie *cett.* 10 illum BM (d *ss. m. rec.* B) 11 crebro MG: cerebro Bδ | adtritu MG: adtritum B ad ritum δ | prurimus *Hild.*: perveni//mus (a *eras.*) B pervenimus *cett.* 13 semen *add. ed. Rom.* 14 communi et virtutem *scripsi*: cōmuniat (vel et *ss. m. 2*) virtutem B communi virtutem *cett.* | mar(i)um (*corr. m. 1, ut vid.*) B 17 nec BM 18 erebescere (*corr. m. fort. 2*) B 21 contingit BMF (*alter.* n *in ras.* B): contigit GPL 23 ex intellectu enim rationis F: ex enim intellectu (*sed cum traiect. signis* B) rationis BPL et (*in ras.*) enim intellectum rationis M ex rationis enim intellectu G

temptus medelaque nascitur vitiorum mundi totius. perseverante autem inperitia atque inscientia vitia omnia convalescunt vulnerantque animam insanabilibus vitiis, quae infecta isdem atque vitiata quasi venenis tumescit nisi eorum, quorum animarum disciplina et intellectus summa curatio est. si solis ergo et paucis hoc proderit, dignum est hunc persequi atque expedire tractatum, quare solis hominibus intellegentiam et disciplinam divinitas suam sit inpertire dignata. audi itaque. deus pater et dominus cum post deos homines efficeret ex parte corruptiore mundi et ex divina pari lance conponderans, vitia contigit mundi corporibus commixta remanere et alia propter cibos victumque, quem necessario habemus cum omnibus animalibus communem; quibus de rebus necesse est cupiditatum desideria et reliqua mentis vitia animis humanis insidere. diis vero, utpote ex mundissima parte naturae effectis et nullis indigentibus rationis disciplinaeque adminiculis, quamvis inmortalitas et unius semper aetatis vigor ipse sit eis prudentia et disciplina, tamen propter unitatem rationis pro disciplina et pro intellectu, ne ab his essent alieni, ordinem necessitatis lege conscriptum aeterna [lege] constituit, hominem ex animalibus cunctis de sola ratione disciplinaque cognoscens, per quae vitia corporum homines avertere atque abalienare potuissent, ipsos ad inmortalitatis spem intentionemque protendens. denique et bonum hominem et qui posset inmortalis esse

1 cf. Poem. 10, 8 (p. 72, 9 P) 26 Lactant. inst. div. VII 13

1 medelaque *ed. Rom.*: medullaque ω (vel medela *ss. m. 2* B) 2 scientia B 3 vitiis: *fort.* malis 4 hiisdem (hi *ss. m. post.*) B 9 dignatam B | T. (*i. e. Trismegistus*) *ante* audi *add. m. post.* B 11 contingit B 12 mundi *fort. delendum* | alias B 14 cupiditatem B *fort.* cupiditates 17 disciplenae (i *ss.*) | quae (*corr. m. 1*) B 22 lege *seclusi* 25 protendentes *Kroll, non recte, opinor* 26 posset (*corr. m. 1, ut vid.*) B

ex utraque natura conposuit. divina atque mortali, et sic conpositum [est] per voluntatem dei hominem constitutum est esse meliorem et diis, qui sunt ex sola inmortali natura formati, et omnium mortalium. propter quod homo diis cognatione coniunctus ipsos religione et sancta mente veneratur diique etiam pio affectu humana omnia respiciunt atque custodiunt. sed de hominibus istud dictum XXIIII paucis sit pia mente praeditis. de vitiosis vero nihil dicendum est, ne sanctissimus sermo eorum contemplatione violetur. et quoniam de cognatione et consortio hominum deorumque nobis indicitur sermo, potestatem hominis. o Asclepi, vimque cognosce. dominus et pater vel, quod est summum, deus ut effector est deorum caelestium, ita homo fictor est deorum, qui in templis sunt humana proximitate contenti, et non solum inlumina[n]tur, verum etiam inlumina[n]t, nec solum ad deum proficit, verum etiam conformat deos. miraris, o Asclepi, an numquid et tu diffidis ut multi?'

'Confundor, o Trismegiste. sed tuis verbis libenter adsensus felicissimum hominem iudico, qui sit tantam felicitatem consecutus.'

---

2 cf. Poem. 10, 24 (p 84, 1 P) 10 'et quoniam — proximitate contenti' August. de civ. dei VIII 23

---

1 utraquinatura (n *ex* s *corr.*; *fuit* quis) B **1—3** et sic conpositum p. v. d. h. constitutum est esse meliorem F: est *post* conpositum *add. cett* (*sed* est *exp. et* et *ss. m. fort. 1* B); est *post* constitutum *om cett.* et sic conpositum p. v. d. h. constituit ut esset melior[em] *Kroll* **4** omnium mortalium (vel bus *bis ss. m. 2*) B *Graecam constructionem cum Latina miscuit scriptor* (*cf. p. 36, 2—4*) **12** dominus (d *ex* n *corr. 1 m.*, o *in ras.*) B **14** humana (*corr. m. 1*) B **15** contenti (*corr. m. 1*) B inluminatur *et* inluminat *pro* inluminantur *et* inluminant *scripsi* **17** conformat *Goldb.*: confirmat ω (*sed* o *ss. m. 1 vel 2*) B | deos δ *et* M *ex corr.*: deus BG (aliter conformat deos *ss. m. rec.* B) **19** A. (*i. e. Asclepius*) *super* Confundor *adscr. m. post.* B

'Nec inmerito miraculo dignus est, qui est omnium maximus. deorum genus omnium confessione manifestum est de mundissima parte naturae esse prognatum signaque eorum sola quasi capita pro omnibus esse. species vero deorum, quas conformat humanitas, ex utraque natura conformatae sunt, ex divina, quae est purior multoque divinior, et ex ea, quae intra homines est, id est ex materia, qua fuerint fabricatae, et non solum capitibus solis sed membris omnibus totoque corpore figurantur. ita humanitas semper memor naturae et originis suae in illa divinitatis imitatione perseverat, ut, sicuti pater ac dominus, ut sui similes essent, deos fecit aeternos, ita humanitas deos suos ex sui vultus similitudine figuraret.'

XXIV 'Statuas dicis, o Trismegiste?'

'Statuas, o Asclepi. videsne, quatenus tu ipse diffidas? statuas animatas sensu et spiritu plenas tantaque facientes et talia, statuas futurorum praescias eaque sorte, vate, somniis multisque aliis rebus praedicentes, inbecillitates hominibus facientes easque curantes, tristitiam laetitiamque pro meritis. an ignoras, o Asclepi, quod Aegyptus imago sit caeli aut, quod est verius, translatio

10 'ita humanitas — figuraret' August. de civ. dei VIII 23
14 'statuas dicis — religione servasse' August. de civ. dei VIII 23

2 T. (*i. e. Trismegistus*) *super* deorum *adscr. m. post.* B | confessione *Rohde*: confusione ω 3 p͏̣$\overset{\text{a}}{\text{e}}$rte (*corr. m. 1*) B | progna//tum (n *eras.*) B 6 conformata est ω, *sed* conformatae$\overset{\text{sunt}}{\text{st}}$ *corr. m. 2* B, *quod recepit Vulc.* | purior B: prior *cett.* 11 divi$\overset{\text{nit}}{\text{na}}$tis (*corr. m. 1, ut vid.*) B 14 A. *super* Statuas *adscr. m. post* B 15 T. *super* Statuas *adscr m. post.* B | vides *August.* 17 facientis *sed* e *ss. m. rec.*) B | eaque *August.*: easque ω (*sed* s *exp.*, *praeterea* as *induct. m. post.* B) | sorte B *cum August.*: forte *cett.* 18 vate, somniis *August.*: vatas omnes (vel vitta *ss. m. 2*; somnis, *deinde* somniis *ex* somnes *corr. m. 1 et 2*) B fata//somnis *ex* vatas omnis *corr. m. 1* M vates ominis G vates omnis *vel* omnes ϑ 19 tristitiam laetitiamque *August.*: tristitiamque ω 20 *post* pro meritis *participium expectes, v. g.* dispensantes

aut descensio omnium, quae gubernantur atque exercentur in caelo? et si dicendum est verius, terra nostra mundi totius est templum. et tamen quoniam praescire cuncta prudentes decet, istud vos ignorare fas non est: futurum tempus est, cum adpareat Aegyptios incassum pia mente divinitatem sedula religione servasse; et omnis ⟨d⟩eorum sancta veneratio in inritum casura frustrabitur. e terris enim est ad caelum recursura divinitas linqueturque Aegyptus terraque, sedes religionum quae fuit, viduata numinum praesentia destituetur. alienigenis enim regionem istam terramque conplentibus non solum † neglectum religionum, sed, quod est durius, quasi de legibus a religione, pietate cultuque divino statuetur praescripta poena prohibitio. tunc terra ista sanctissima, sedes delubrorum atque templorum, sepulcrorum erit mortuorumque plenissima. o Aegypte, Aegypte, religionum tuarum solae supererunt fabulae eaeque incredibiles posteris tuis solaque supererunt verba lapidibus incisa tua pia facta narrantibus et inhabitabit Aegyptum Scythes aut Indus aut aliquis talis, id est vicina barbaria. divinitas enim repetet

14 'tunc terra — plenissima' August. de civ. dei VIII 26

2 ac si *August.* **4** prudentem *August* **5** tempus et BM (*sed* est *ss. m 2* B) | quo *pro* cum *August. cod. Corbeiens.* | adpareat (vel bit *ss. m. 2*) B | Aegyptios F *et August.*: aegyptos (i *add. m. 2*) B *et item* M aegyptus *cett.* **6** et *inter* divinitatem *et* sedula *inser. m. 2* B | servasset B servasse (e *fin. in ras.*) M | deorum *Bernays*: eorum ω **7** frustabitur B **8** enim est *Hild.*: enim et ω (*sed* et *exp. et* est *ss. m. 2* B) et *om.* F **9** aegyptus *ex* aegyptos *efficere voluisse videtur m. 1* B **10** des//tituetur (*una litt. eras.*) B | religionem *pro* regionem B **11** *post* istam *5 litt. eras.* (istam *fuisse vid.*) B | neglectus *ed. Rom.* *post* neglectum *verbum excidisse opinatur Goldb.* **17** eaeque *Vulc.*: chaeque B et aeque Mδ heque G haeque *Goldb.* | tuis *unus* ς *et vulg.*: suis *cett.* (sui, *sed* s *add. m. 2* B) **19** inhabitabit *ex* inhabitavit *corr. m. 1* B **20** aliaquis B e (*malim* de) *pro* id est *Bernays* | repetet *ex* repet *corr. m. 1* G: repetit *cett.* (*sed* -et *ex* -it *corr. m. post.* B)

caelum, deserti homines toti morientur atque ita Aegyptus deo et homine viduata deseretur. te vero appello, sanctissimum flumen, tibique futura praedico: torrenti sanguine plenus adusque ripas erumpes undaeque divinae non solum polluentur sanguine, sed totae ⟨cor⟩rumpentur et vivis multo maior numerus erit sepultorum; superstes vero qui foret, lingua sola cognoscetur Aegyptius, actibus
XXV vero videbitur alienus. quid fles, o Asclepi? et his amplius multoque deterius ipsa Aegyptus suadebitur inbueturque peioribus malis, quae sancta quondam, divinitatis amantissima, deorum in terra suae religionis merito sola deductio, sanctitatis et pietatis magistra, erit maximae crudelitatis exemplum. et tunc taedio hominum non admirandus videbitur mundus nec adorandus. hoc totum bonum, quo melius nec fuit nec est nec erit, quod videri possit, periclitabitur eritque grave hominibus ac per hoc contemnetur nec diligetur totus hic mundus, dei opus inimitabile, gloriosa constructio, bonum multiformi imaginum varietate conpositum, machina voluntatis dei in suo opere absque invidia suffragantis, in unum omnium, quae venerari, laudari, amari denique a videntibus possunt, multiformis adunata congestio. nam et tenebrae praeponentur lumini et mors vita utilior iudicabitur; nemo suspiciet caelum, religiosus pro insano, inreligiosus putabitur prudens, furiosus fortis, pro bono habebitur pessimus. anima enim et omnia circum eam, quibus aut inmortalis nata est aut inmortalitatem se consecuturam esse praesumit, secundum quod vobis exposui, non solum risui sed

---

1 ita ạṭaegyptus B 2 tụ (e *suprascr.*) (*corr. m. post.*) B tu M 5 tota(e) (*corr. m. 1*) B | corrumpentur *Bernays*: rumpentur ω (erumpentur, *sed* e *eras.* M) 6 sepultorum *unus* ς *et ed. Rom.*: sepulchrorum *cett.* 8 T. *super* quid *adscr. m. post.* B 9 inbue//turque (b *eras.*) B inbuebitur M 11 in terras B *fort. recte* 17 diligetur G: diligentur BM (*sed* n *exp.* B *et eras* M) diligenter δ 19—20 dei suo operi G, *fort. recte* 20 invia *pro* invidia BMP 22 tenebra(e) (*corr. m. post.*) B 24 insano *corr. m. 1, ut vid.* (*fuit* insanus) B

etiam putabitur vanitas. sed mihi credite, et capitale periculum constituetur in eum, qui se mentis religioni dederit. nova constituentur iura, lex nova, nihil sanctum, nihil religiosum nec caelo nec caelestibus dignum audietur aut mente credetur. fit deorum ab hominibus dolenda secessio, soli nocentes angeli remanent, qui humanitate commixti ad omnia audaciae mala miseros manu iniecta conpellunt, in bella, in rapinas, in fraudes et in omnia, quae sunt animarum naturae contraria. tunc nec terra constabit nec navigabitur mare nec caelum astrorum cursibus nec siderum cursus constabit in caelo. omnis vox divina necessaria taciturnitate mutescet, fructus terrae conrumpentur nec fecunda tellus erit et aër ipse maesto torpore languescet. haec et talis senectus veniet mundi: XXVI
inreligio, inordinatio, inrationabilitas bonorum omnium. cum haec cuncta contigerint, o Asclepi, tunc ille dominus et pater, deus primipotens et unius gubernator dei intuens in mores factaque † voluntaria, voluntate sua, quae est dei benignitas, vitiis resistens et corruptelae omnium, errorem revocans, malignitatem omnem vel inluvione diluens vel igne consumens vel morbis pestilentibus iisque per diversa loca dispersis finiens ad antiquam faciem

6 Lactant. inst. div. II 15 14 Lactant. epit. 66, 6; cf. inst. div. VII 14, 16 16 Lactant. inst. div. VII 18

---

1 capital(e) *(corr. m. 1 vel 2)* B *et item* M 5 fi(e)t *(corr. m. 1, ut vid.)* B 6 remane(bu)nt *(corr. m. 2)* B | humanitate (vel ti *ss. m. 2*) B humanitati F 7 omina [omnia] *(corr. m. 2)* B 8 conpellunt [e] *(corr. m. 2)* B 10 navigabitur *ex* navigavitur *corr. m. 1* B 12 mutescit *in* mutescet *corr. m. post.* B 14 linguescit [a, e] *(corr. m. 2)* B languescit MP 16 T. *super* cum *adscr. m. post.* B 18 voluntaria *seclus. Bernays*; *fort.* nefaria 19 corruptelae F: corruptala [e] *(corr. m. post.)* B corruptela *cett.* 21 pestilentibus iisque *(sed* ibus i *exp., ut sit* pestilentiisque) B, *ut coniecerat Bernays*: pestilentibus usque *cett.* pestilentibus bellisque *(cf.* πολέμοις *Hermes ap. Lact.)* *Rohde*

mundum revocabit, ut et mundus ipse adorandus videatur atque mirandus et tanti operis effector et restitutor deus ab hominibus, qui tunc erunt, frequentibus laudum praeconiis benedictionibusque celebretur. haec enim mundi genitura: cunctarum reformatio rerum bonarum et naturae ipsius sanctissima et religiosissima restitutio per[co]acta temporis cursu, ⟨dei voluntate⟩, quae est et fuit sine initio sempiterna. voluntas etenim dei caret initio, quae eadem est et, sicuti est, sempiterna. dei enim natura consilium est voluntatis.'

'Bonitas summa consilium, o Trismegiste?'

'Voluntas, o Asclepi, consilio nascitur et ipsum velle e voluntate. neque enim inpense aliquid vult, qui est omnium plenissimus et ea vult, quae habet. vult autem omnia bona et habet omnia, quae vult. omnia autem bona et cogitat et vult. hoc est autem deus, eius imago mundus, boni ⟨bonus⟩.'

XXVII 'Bonus, o Trismegiste?'

'Bonus, o Asclepi, ut ego te docebo. sicuti enim deus omnibus speciebus vel generibus, quae in mundo sunt, dispensator distributorque est bonorum, id est sensus, animae et vitae, sic et mundus tributor est et praestitor omnium, quae mortalibus videntur bona, id est [et] alter-

14 cf. Poem. 10, 2 (p. 68, 3 P)

2 &fector (ef *corr. m. post.*) B | restituetor B 4 *fort.* haec ⟨est⟩ enim | regenitura *Rohde* 6 peracta . . . cursu *Kroll*: per coacta . . . cursu BMPF per coactum . . . cursum GL peracto . . . cursu *vulg.* 7 dei *addidi*; voluntate *iam addiderat Goldb.* 9 est *ante* sempiterna *add.* G | A. *super* dei *adscr. m. post.* B 12 T. *super* Voluntas *adscr. m. post.* B 14 & (sed) ea vult (*corr. m. 2*) B 16 eius im *in ras.* B 17 mundus boni ⟨bonus⟩. A. Bonus *Kroll.* A. *super* boni *adscr. m. post.*; boni *ex* bonus *corr. per ras.* B boni *ante* imago F 19 T. *super* Bonus *adscr. m. post.* F 21 sensus F: sensibus *cett.* 22 praestator BM 23 et *seclusi*, *om.* GF

nationis partuum temporalium, fructuum nativitatis, augmentorum et maturitatis et horum similium; ac per hoc deus supra verticem summi caeli consistens ubique est omniaque circum inspicit. sic est enim ultra caelum locus sine stellis ab omnibus rebus corpulentis alienus. dispensator qui est, inter caelum et terram obtinet locum, quem Iovem vocamus. terrae vero et mari dominatur Iuppiter Plutonius et hic nutritor est animantium mortalium et fructiferarum. horum omnium viribus fructus, arbusta et terra vegetantur. aliorum vero vires et effectus per omnia, quae sunt, distribuentur. distribuentur vero, qui terrae dominantur, et conlocabuntur in civitate in summo initio Aegypti, quae a parte solis occidentis condetur, ad quam terra marique festinabit omne mortale genus.'

'Modo tamen hoc in tempore ubi isti sunt, o Trismegiste?'

'Conlocati sunt in maxima civitate in monte Libyco. et haec usque eo narrata sint. de inmortali vero aut de mortali modo disserendum est. multos enim spes timorque mortis excruciat verae rationis ignaros. mors enim efficitur dissolutione corporis labore defessi et numeri conpleti, quo corporis membra in unam machinam ad usus vitalis aptantur. moritur enim corpus, quando hominis

18 Stob. Floril. CXX 27 (IV p. 106 Mein.)

1 *vulgatam distinctionem* (partuum, temporalium fructuum, nativitatis) *correxi* | fructu(u)m (*corr. m. 2*) B 2 hac B 4 *fort* inspicit, si est enim (*cf. Poem. 4, 5. p. 36, 15 P: εἴ τι ἔστιν ὑπὲρ οὐρανόν*; enim = quidem, *ut* etenim *p. 42, 2*) 9 fructifera////horum (*3 litt. eras.*) B 11 sunt distribuuntur F 14 terra(e) mari(s)que (*corr. m. post.*) B | festinabit G: festinavit *cett.* (*sed* -bit *ex* -vit *corr. m. 1* B) 15 A. *super* Modo *adscr. m. post.* B | hoc in tempore *susp. tamquam gloss. vocis* modo 17 T. *super* Colocati (*sic*) *adscr. m. post.* B 18 narrata sint *scripsi*: narrati (*corr. m. 2*) sunt (*corr. m. post.*) B narrata sunt *cett.* 20 ignaroa *ex* ignoros *corr.* B 21 desolutione (*sed* e *exp. et* vel is *ss. m. 2*) B desolatione M | numeri conpleti *est genet. absol. more Graeco* 23 vitalis (-is *in* -es *corr. m post.*) B: vitales *cett.*

vitalia ferre posse destiterit. haec est ergo mors corporis dissolutio et corporalis sensus interitus, de qua sollicitudo supervacua est. sed est alia necessaria, quam aut ignoratio aut incredibilitas contemnit humana.'

'Quid est, o Trismegiste, quod aut ignorant aut esse posse diffidunt?'

XVIII 'Audi ergo, o Asclepi. cum fuerit animae e corpore facta discessio, tunc arbitrium examenque meriti eius transiet in summi daemonis potestatem, isque eam cum piam iustamque perviderit, in sibi conpetentibus locis manere permittit; sin autem delictorum inlitam maculis vitiisque oblitam viderit, desuper ad ima deturbans procellis turbinibusque aëris, ignis et aquae saepe discordantibus tradit, ut inter caelum et terram mundanis fluctibus in diversa semper aeternis poenis agitata rapiatur, ut in hoc animae obsit aeternitas, quod sit inmortali sententia aeterno supplicio subiugata. ergo ne his inplicemur, verendum, timendum cavendumque esse cognosce. incredibiles enim post delicta cogentur credere non verbis sed exemplis, nec minis sed ipsa passione poenarum.'

'Non ergo, Trismegiste, hominum delicta sola humana lege puniuntur?'

'Primo, Asclepi, terrena quae sunt, omnia sunt mortalia; tunc ea etiam, quae sunt corporali ratione viventia

---

7 cf. Lydus de mens. IV 32 et 149 (p. 90, 24 et p. 167, 15 Wuensch)

---

3 sed et ω, *sed* et *exp. et* est *ss. m. 2* B, *quod recepit Vulc.* et *om.* F 5 A. *super* Quid *adscr. m. post.* B 7 T. *super.* Audi *adscr. m post.* B | o *om.* α | animae e corpore GL: animae corpore BMP animae a corpore F 13 ignis GPL, *quod prob. Kroll*: igni BMF 14 tradit ut inter *scripsi Vulcanium secutus*: traditur inter BMGL (ut *ante* inter *add. m. 2* B) tradit atque inter F discordantibus inter (*om.* tradit) P 15 rapiatur B: raptatur *cett.* | ut: *fort.* et 18 timendum (i *ex corr.*) B 19 delicta *ex* dilecta *corr. m fort. 1* B (*et item infra v. 21*) 21 A. *super* Non *adscr. m. post.* B 23 T. *super* Primo *adscr. m. post.* B

et a vivendo eadem corporum ratione deficientia. ea omnia pro vitae meritis aut delictis poenis obnoxia tanto post mortem severioribus subiciuntur, quanto in vita forsitan fuerint celata, dum viverent. praescia etenim omnium rerum divinitate reddentur, perinde ut sunt, pro delictorum qualitatibus poenae'

'Qui sunt digni maioribus poenis, o Trismegiste?' XXIX

'Qui damnati humanis legibus vitam violenter amittunt, ut non naturae animam debitam sed poenam pro meritis reddidisse videantur. contra iusto homini in dei religione et in summa pietate praesidium est. deus enim tales ab omnibus tutatur malis. pater enim omnium vel dominus et is, qui solus est omnia, omnibus se libenter ostendit, non ubi sit loco nec qualis sit qualitate nec quantus sit quantitate, sed hominem sola intellegentia mentis inluminans, qui discussis ab animo errorum tenebris et veritatis claritate percepta toto se sensu intellegentiae divinae commiscet, cuius amore a parte naturae, qua mortalis est, liberatus inmortalitatis futurae concipit fiduciam. hoc ergo inter bonos malosque distabit. unus enim quisque pietate, religione, prudentia, cultu et veneratione dei clarescit quasi oculi⟨s⟩ vera ratione perspecta et fiducia credulitatis suae tantum inter homines quantum sol lumine ceteris astris antistat. ipse enim sol non tam magnitudine luminis quam divinitate et sanctitate ceteras stellas inluminat. secundum etenim deum hunc crede, o Asclepi, omnia gubernantem omniaque mundana inlustran-

26 cf. Ὅροι Ἀσκληπίου 5 (p. 350, 8 R)

---

1 vivendo (-do *ex corr.*) B | ratione///deficientia (-ne *ex* -ni *corr.*, *tum 2 litt eras.*, *quarum altera fuit fort.* d) B **3** severioribus BM: saevioribus *cett.* **7** A *super* Qui *adscr. m. post.* B **8** T. *super* Qui *adscr. m. post.* B **12** (t)utatur (*corr. m. 2*) B **18** commiscet GL: commiscent *cett.* **20** bonos & malosque B **22** clarescit *in* clarescet *corr m. post.* B | oculis *ed. Rom.*: oculi ω **23** fiduciam B **24** a(n)tistat (*corr. m. 2*) B tam//// (en *eras*) B **25** magnitudinem B

tem animalia sive animantia sive inanimantia. si enim animal mundus vivensque semper et fuit et est et erit, nihil in mundo mortale est. viventis etenim semper uniuscuiusque partis, quae est, sicuti est, [in] ipsoque mundo semper uno eoque animali semperque vivente, in eo nullus est mortalitatis locus. ergo vitae aeternitatisque debet esse plenissimus, si semper eum necesse est vivere. sol ergo, sicuti mundus sempiternus est, sic et ipse semper gubernator vitalium vel totius vivacitatis eorumque frequentator vel dispensator est. deus ergo viventium vel vitalium, in mundo quae sunt, sempiternus gubernator est ipsiusque vitae dispensator aeternus. semel autem dispensata vita vitalibus cunctis aeterna lege praestatur

XXX hoc more, quo dicam. in ipsa enim aeternitatis vivacitate mundus agitatur et in ipsa vitali aeternitate locus est mundi. propter quod nec stabit aliquando nec conrumpetur sempiternitate vivendi circumvallatus et quasi constrictus. ipse mundus vitae dispensator est his omnibus, quae in se sunt, et locus est omnium, quae sub sole gubernantur, et commotio mundi ipsius ex duplici constat effectu: ipse extrinsecus vivificatur ab aeternitate vivificatque ea, quae intra se sunt, omnia, differens numeris et temporibus statutis atque infixis cuncta per solis effectum stellarumque discursum, omni[a] temporaria ratione

1 cf. Poem. 8, 1—2 (p. 56, 10—p. 57, 10 P): 12, 15—16 (p 108, 11—109, 15 P) 14 cf. Poem. 11, 2 (p. 86, 9 P). 3 (p. 86, 12 P) 16—18 cf. Poem. 8, 3 (p. 58, 3—4 P) 18 cf. Poem. 9, 6 (p. 64, 10 P)

1 si enim GLF: sive enim BMP 2 mundus GL: mundum BMPF 4 in *seclusi, ut genetivo absoluto (cf. p. 65, 21) ablativus absolutus coniungatur, sicut post conparativum uterque casus simul adhibetur p. 59, 3—4* in ipso[que] mundo *Kroll* 8 sic et (vel est *ss. m. 2*) B 13 dispensata *scripsi*: dispensavit ω | vita B: vitam *cett.* | cuncta BM 16 nec stabit aliquando *Zink*: nec stabili quando ω (*totum locum licenter refinxit* F) 17 *post* constrictus *interpunxit Kroll* (*post* ipse *edd.*) 21 abaaeternitate B 24 omni *scripsi*: omnia ω | temporaris *in* temporalia *corr. m. post.* B (*et item p. 69, 3*) | *comma post* ratione *sustuli*: omni temp. ratione — conscripta *abl. absol. est* (*cf. p. 53, 21*)

divina lege conscripta. terrenum autem tempus aëris qualitate, aestuum frigorisque varietate dinoscitur, caeleste vero reversionibus siderum ad eadem loca temporaria conversione currentium et mundus est receptaculum temporis, cuius cursu et agitatione vegetatur. tempus autem ordinatione servatur. ordo et tempus innovationem omnium rerum, quae in mundo sunt, per alternationem faciunt. cunctis ergo ita se habentibus nihil stabile, nihil fixum, nihil inmobile nec nascentium nec caelestium nec terrenorum: solus deus et merito solus; ipse enim in se est et a se est et circum se totus est plenus atque perfectus isque sua firma stabilitas est nec alicuius inpulsu [nec] loco moveri potest, cum in eo sunt omnia et in omnibus ipse est solus, nisi aliquis audeat dicere ipsius commotionem in aeternitate esse; sed magis e⟨s⟩t ipsa inmobilis aeternitas, in quam omnium temporum agitatio remeat et ex qua omnium temporum agitatio sumit exordium.

XXXI deus ergo stabilis fuit ⟨semper⟩ semperque similiter cum eo aeternitas constitit mundum non natum, quem recte sensibilem dicimus, intra se habens. huius dei imago hic effectus est mundus, aeternitatis imitator. habet autem tempus stabilitatis suae vim atque naturam, quamvis semper agitetur, ea ipsa in se revertendi necessitate. itaque quamvis sit aeternitas stabilis, inmobilis atque fixa, tamen quoniam temporis, quod mobile est, in aeternitatem semper revocatur agitatio eaque mobilitas ratione temporis vertitur, efficitur, ut et ipsa aeternitas inmobilis quidem sola per tempus, in quo ipsa est et est

---

8 cf. Poem. 12, 16 (p. 109, 14 P)

---

2 aestiuum B | frigorisq; varietate (sq; v *in ras.*) B 4 conversione F: conversatione *cett.* | recurrentium F | re(ce)ptaculum (*corr. m. post.*) B reptaculum M 6 innovationē B innovatione MG 9 nec *ante* nascentium *abesse malit Kroll* 13 nec *ante* loco *seclus. Kroll* 15 conmonitionem BM | est ipsa *scripsi*: et ipsa ω 17 remeat *usque ad* agitatio *om.* BM 18 semper *addidi* 19 consistit (*sed* is *ex corr.*) B

in eo omnis agitatio, videatur agitari. sic efficitur, ut et aeternitatis stabilitas moveatur et temporis mobilitas stabilis fiat fixa lege currendi. sic et deum agitari credibile est in se ipsum eadem inmobilitate. stabilitatis etenim ipsius in magnitudine est inmobilis agitatio; ipsius enim magnitudinis inmobilis lex est. hoc ergo, quod est tale, quod non subicitur sensibus, indefinitum, inconprehensibile, inaestimabile est; nec sustineri etenim nec ferri nec indagari potest. ubi enim et quo et unde aut quomodo aut quale sit, incertum est. fertur enim in summa stabilitate et in ipso stabilitas sua, sive deus sive aeternitas sive uterque sive alter in altero sive uterque in utroque sunt. propter quod aeternitas sine definitione est temporis. tempus autem, quod definiri potest vel numero vel alternatione vel alterius per ambitudinem reditu, aeternum est. utrumque ergo infinitum, utrumque videtur aeternum. stabilitas enim utpote defixa, quod sustinere, quae agitabilia sunt, possit, beneficio firmitatis merito obtinet prin-
XXXII cipatum. omnium ergo, quae sunt, primordia deus est et aeternitas. mundus autem, quod sit mobilis, non habet principatum; praevenit enim mobilitas eius stabilitatem suam in legem agitationis sempiternae habendo inmobilem firmitatem. omnis ergo sensus divinitatis similis inmobilis ipse in stabilitate se commovet sua: sanctus et incorruptus et sempiternus est et, si quid potest melius nuncupari,

6 cf. Poem. 4, 8 (p. 38, 18—39, 1 P)

2 moveatur (move *in ras.*; *fuit fort.* stabilit) B 3 curendi B 4 stabilitatis etenim B: stabilis etenim M stabilistas enim G stabilitates (*an* -is?) enim P stabilitas enim L stabilitatis in magnitudine enim ipsius F 6 magnitudine *pro* magnitudinis G 9 aut quomodo Bδ: et quomodo MG 11 sive deus *om.* BM 13 sunt (*sed litt.* u *pars dextra et* n *exp., ut fiat* sit) B 14 non potest GL, *quod. prob. Hild.* 15 reditu F: reditus *cett.* 17 quo F, *fort. recte* sustinere *ex* sunt inere *corr. m. 2* B 22 in lege L *hic aliquid turbatum esse suspicor* 23 *fort.* sensus ⟨divinus⟩ divinitatis | divinitatis BM (*sed* s *exp.* B *et eras.* M) | similis *om.* F, *seclus. Vulc.* 25 et si *om.* BM

dei summi in ipsa veritate consistens aeternitas, plenissimus omnium sensibilium et totius disciplinae, consistens, ut ita dixerim, cum deo. sensus vero mundanus receptaculum est sensibilium omnium specierum et disciplinarum. humanus vero *** ex memoriae tenacitate, quod memor sit omnium, quas gesserit, rerum. usque ad humanum enim animal sensus divinitas descendendo pervenit. deus enim summus divinum sensum cunctis [animantibus] confundi noluit, ne erubesceret aliorum commixtione animantium. intellegentia enim sensus humani, qualis aut quanta sit, tota in memoria est praeteritorum. per eam enim memoriae tenacitatem et gubernator effectus est terrae. intellectus autem naturae et qualitatis sensus mundi ex omnibus, quae in mundo sensibilia sunt, poterit pervideri. aeternita⟨ti⟩s, quae secunda est, ex sensibili mundo sensus datur qualitasque dinoscitur. at intellectus qualitatis qualitasque sensus summi dei sola veritas est, cuius veritatis in mundo nequidem extrema linea umbrave dinoscitur. ubi enim quid temporum dimensione dinoscitur, ibi sunt mendacia; ubi geniturae, ibi errores videntur. vides ergo, o Asclepi, in quibus constituti quae tractemus aut quae audeamus adtingere. sed tibi, deus summe,

---

3 cf. Poem. 9, 5 et 6 (p. 63, 16 — 64, 11 P)

---

5 *lacunam post* vero *signif. Goldb.*; pendet *suppl. Brakman* **7** divinitas (vel tis *ss. m. 2*) B divinitatis F | discendendo (e *ss. m rec.*) B **8** summus *scripsi*: summum ω (vel suum *ss. m. 2* B) | animantibus *om.* BMPF | confu(n)di (*corr. m. 2*) B **9** erubescere(t) (*corr. m. 2*) B **11** praeteritotum (r *supra* t; *corr. m. 2*) B **13** enim *pro* autem GL | et qualitatis *scripsi* (*cf. p. 72, 4—5*): et qualitate BM ex qualitate GPL qualitate et F **14** *post* pervideri *interpunxi* **15** aeternitatis *scripsi* (*cf. infra p. 72, v. 6—7*): aeternitas ω **16** datur *scripsi*: datus ω | qualitatis *om.* BM **18** umbra ω, *sed* ve *add. m. 2* B, *quod recepit Vulc.*; *nescio an* extrema linea *ablat. sit, ut apud Ter. Eun. 640* **19—20** ibi sunt *Goldb.*: ubi sunt ω **20** ibi errores *Goldb.*: ubi errores ω (ergo res B) | videtur B | T. *super* vides *adscr. m. post.* B **22** audeamus *ex* audiamus *corr. m. post.* B

gratias ago, qui me videndae divinitatis luminasti lumine. et vos, o Tat et Asclepi et Hammon, intra secreta pectoris divina mysteria silentio tegite et taciturnitate celate. hoc autem differt intellectus a sensu, quod intellectus noster ad qualitatem sensus mundi intellegendam et dinoscendam mentis pervenit intentione. intellectus autem mundi pervenit ad aeternitatem et deos noscendos, qui supra se sunt. et sic contingit hominibus, ut quasi per caliginem, quae in caelo sunt, videamus, quantum possibile est per condicionem sensus humani. haec autem intentio pervidendis tantis angustissima est nobis, latissima
XXIII vero, cum viderit, felicitas est conscientiae. de inani vero, quod tam magnum videtur esse quam plurimis, sic sentio: inane nec esse aliquid nec esse potuisse nec futurum umquam. omnia enim mundi sunt membra plenissima, ut ipse mundus sit plenus atque perfectus corporibus qualitate formaque diversis et speciem suam habentibus et magnitudinem. quorum unum est alio maius aut alio aliud minus et validitate et tenuitate diversa. nam et quaedam eorum validiora facilius videntur sicuti et maiora; minora vero aut tenuiora aut vix videri aut omnino non possunt, quas solum res esse adtrectatione cognoscimus.

---

4 cf. Poem. 9, 1 (p. 60, 7 P) 12 cf. Poem. 2, 10—11 (p. 25, 3—26, 13 P) = Stob. Ekl. I 18 (t. I, p. 158, 14 Wachsm.). Plat. Tim. 79 B

---

1 videnda (*pr.* d *ex* u *eff. m. 1*) B | tuae *post* divinitatis *add.* F 2 Tat *Bernays*: tati ω (*sed* i *post. add.* B) | (h)ammon (*corr. m. post.*) B 6 intentione// (m *eras.*) B 11 prae videndis *pro* pervidendis *Kroll* | bonis (nobis *ss m. post.*) B | angustissima est pervidendis tantis bonis latissima F 12 felicitas est *Kroll*: felicitate ω 13 quod tam *Vulc.*: quod iam BM quod etiam *cett.* | maligrum *pro* magnum *Kroll* 14 nec *ante* futurum *om* BM 18 est alio (o *in ras.*) B 20 quaedaeorum (m *add. m. post.*) B 21 ten(u)iora (*corr. m. post.*) B | videri (i *fin. in ras.*) B | omni// (a *eras. et* no *ss. m. 1*) B 22 res esse *ed. H. Steph.*: eas esse ω (eas *om.* F) | adtractationem B adtractacione M

unde contigit multis credere haec non esse corpora et esse inanes locos, quod est inpossibile. sicuti enim quod dicitur extra mundum, si tamen est aliquid — nec istud enim credo † sic ab eo plenum esse intellegibilium rerum, id est divinitati suae similium, ut hic etiam sensibilis mundus qui dicitur sit plenissimus corporum et animalium naturae suae et qualitati convenientium, quorum facies non omnes videmus sed quasdam ultra modum grandes, quasdam brevissimas, ⟨cum⟩ aut propter spatii interiecti longitudinem aut quod acie sumus obtunsi, tales nobis esse videantur aut omnino propter nimiam brevitatem multis non esse credantur. dico nunc daemonas, quos credo commorari nobiscum, et heroas, quos inter aëris purissimam partem supra nos et aethera, ubi nec nebulis locus est nec nubibus nec ex signorum aliquorum agitatione commotio. propter quod, Asclepi, inane nihil dixeris, nisi cuius rei inane sit hoc, quod dicis inane, praedixeris, ut inane ab igni, ab aqua et his similibus, quod, etsi contigerit videri, quod inane possit esse a rebus huiusmodi, quamvis sit breve vel magnum, quod inane videtur, spiritu tamen et aëre vacuum esse non possit. similiter XXXIV vero de loco dicendum est, quod vocabulum solum in-

2 cf. Poem. 11, 19 (p. 96, 16 P) 5 cf. Poem. 2, 2 (p. 20, 5 P)

1 contingit (t *fin. cum capite cincinnato*) B contingitur M **2** esse// inanes (t? *eras.*) B | locos *ex* locus *corr. m. 1* B **3—4** *nonnulla post parenthesin* (nec istud enim credo) *excidisse putat Kroll* **4** habeo *pro* abeo M *fort.* sic habeto | eum *inter* plenum *et* esse *add. m. fort 1* B plenum eum esse M | intelligi(i *fin. in ras.*)bilium B | enim *post* intellegibilium *perperam repet., sed linea super. notat.* B **5** divinitati B: divinitatis *cett* **9** cum *addidi*: quae *ante* aut *addendum censet Kroll* | (i)nteriecti (*corr. m. 1*: ti *in ras.*) B **10** obtunsi B **11** nimiam (m *fin. ex corr.*) B **12** a multis F | daemonas *in* daemones *corr. m. post.* B | quos (o *in ras.*) B **13** et heroas *in* ethereos *corr. m. post.* B **14** et aethera *Koziol*: et interram B et interrā M et terram GF et in terram PL et aethercam *Rohde* **15** nec nubibus B: *om. cett.* **18** quod si G **19** quod L: quid *cett.* **21** vacu(u)m (*corr. m. fort. 1*) B

tellectu caret. locus enim ex eo, cuius est, quid sit, apparet. principali etenim dempto nomine significatio mutilatur. quare aquae locus, ignis locus aut his similium recte dicemus. sicuti enim inane esse aliquid inpossibile est, sic et locus solus quid sit, dinosci non potest. nam si posueris locum sine eo, cuius est, inanis videbitur locus, quem in mundo esse non credo. quodsi inane nihil est, nec per se quid sit locus, apparet, nisi ei aut longitudinis aut latitudinis aut altitudinis addideris, ut corporibus hominum, signa. his ergo sic se habentibus, o Asclepi et vos, qui adestis, scitote intellegibilem mundum, id est qui mentis solo obtutu dinoscitur, esse incorporalem nec eius naturae misceri aliquid posse corporale, id est quod possit qualitate, quantitate numerisque dinosci. in ipso enim nihil tale consistit. hic ergo sensibilis qui dicitur mundus receptaculum est omnium sensibilium specierum, qualitatum vel corporum, quae omnia sine deo vegetari non possunt. omnia enim deus et ab eo omnia et eius omnia voluntatis. quod totum est bonum, decens et prudens, inimitabile et ipsi soli sensibile atque intellegibile et sine hoc nec fuit aliquid nec est nec erit. omnia enim ab eo et in ipso et per ipsum, et variae et multiformes qualitates et magnae quantitates et omnes mensuras excedentes magnitudines et omniformes species. quas si intellexeris, o Asclepi, gratias acturus es deo. sin totum

25 cf. Ὅροι Ἀσκληπίου 12 (p. 352, 15 R)

2 nomini(s) (*corr. m. fort. 1*) B nominis M 3 mutilatur (i *in ras.; fuit* a) B 4 dicimus F 5 *post* est *nescio quid eras.* B | non potest (non p *in ras.*) B 9 longitudinis ... latitudinis ... altitudinis (*sed* -is *in* -es *ubique corr. m. post.*) B: longitudines ... latitudines ... altitudines *cett.* 10 *post* hominum *interpunxi* 20 inmutabile G, *quod probat Koziol* 22 ipso// *ex* ipsum *corr.* B | et variae BM: *om. cett.* 23—24 omnes mensuras excedentes B, *ut coniecerat Goldb.*: omnes mensurae sex cedentes M omnes mensurae excedentes GPL omnes mensuram excedentes F omnem mensuram excedentes *vulg.* 24—25 qua(s)si (*corr. m. post.*) B 25 sin totum G: si in totum *cett.*

animadvertes, vera ratione perdisces mundum ipsum sensibilem et, quae in eo sunt, omnia a superiore illo mundo quasi ex vestimento, esse contecta. unumquodque enim XXXV genus animalium, o Asclepi, cuiuscumque vel mortalis vel inmortalis vel rationalis ⟨vel inrationalis⟩ sive sit animans sive sine anima sit, prout cuique est genus, sic singula generis sui imagines habent et quamvis unumquodque animalis genus omnem generis sui possideat formam, in eadem forma singula tamen sui dissimilia sunt, ut hominum genus quamvis sit uniforme, ut homo dinosci ex aspectu possit, singuli tamen in eadem forma sui dissimiles sunt. species enim, quae divina est; incorporalis est, ut quicquid mente conprehenditur. cum itaque haec duo, ex quibus constant formae, corpora ⟨et⟩ incorporalia sint, inpossibile est formam unamquamque alteri simillimam nasci horarum et climatum distantibus punctis; sed inmutantur totiens, quot hora momenta habet circuli circumcurrentis, in quo est ille omniformis quem diximus deus. species ergo permanet ex se totiens pariens imagines tantas tamque diversas, quanta habet conversio mundi momenta, qui⟨a⟩ mundus in conversione mutatur; species vero nec mutatur nec convertitur sic generum singulorum formae sunt permanentes in eadem sua forma dissimiles.'

'Et mundus speciem mutat, o Trismegiste?' XXXVI

'Vides ergo, o Asclepi, tibi omnia quasi dormienti esse narrata. quid est enim mundus aut ex quibus con-

25 cf. Poem. 12, 18 (p. 110, 9)

2 et quae *in ras.* B 3 contecta (x *ss. m. rec.*) B unumquo(d)que (*corr. m. fort. 1*) B 5 vel inrationalis *add. Goldb.* 11 poscit (*corr. m. post.*) B 12 incorporali(s) (*corr. m. 1, ut vid.*) B 13 ut quicquid *scripsi*: et quicquid ω 14 constant α: constat δ | formae *scripsi*: forma et ω | et *add. Kroll, qui et distinctionem correxit* 16 climmatum B 21 quia *Kroll*: qui ω 25 A. *super* Et *adscr. m. post.* B 26 T. *super* Vides *adscr. m. post.* B

stat nisi ex omnibus natis? ergo hoc vis dicere de caelo, terra et elementis. nam quae alia magis frequenter mutantur in species? caelum umescens vel arescens vel frigescens vel ignescens vel clarescens vel sordescens, in una caeli specie hae sunt, quae saepe alternantur, species. terra vero speciei suae multas inmutationes habet semper, et cum parturit fruges et cum eadem partus nutricat suos, fructuum omnium cum reddit varias diversasque qualitates et quantitates atque stationes aut cursus et ante omnis arborum, florum, bacarum qualitates, odores, sapores, species. ignis facit conversiones plurimas atque divinas. solis etenim et lunae omniformes imagines sunt; sunt enim quasi speculorum nostrorum similes imaginum
XXVII similitudines aemulo splendore reddentium. sed iam de talibus sint satis dicta talia. iterum ad hominem rationemque redeamus; ex quo divino dono homo animal dictum est rationale. minus enim miranda, etsi miranda sunt, quae de homine dicta sunt; omnium enim mirabilium vincit admirationem, quod homo divinam potuit invenire naturam eamque efficere. quoniam ergo proavi nostri multum errabant circa deorum rationem increduli

---

14 'sed iam — habere potuissent' August. de civ. dei VIII 24

---

2 nam quae B, *ut coniecerat Kroll, qui et interrog. signum post* species *posuit*: namque *cett.* **4—5** *vulgatam distinctionem* (sordescens i. u. c. specie, hae) *corr. Kroll* | hae G (*cf. p. 80, 22*): haec *cett.* **7** eadem MG: easdem *cett.* **8** fructuum (*ultim.* u *ex corr.*) B | cum reddit varias diversasque BM (redditu‿arias; ari- *ex* uri- *corr.* B): cum reditu aeris diversas G cum redditu aeris diversasque *vel* diversas δ (*verba audacter mutavit* F) **10** ante omni(s) (s *add. m. 1*; i *in* e *corr. m. post.*) B *fort.* ante omnia, *sed cf. p. 46, 11* | odores// (a *eras.*) B **11** facit *in* faciunt *corr. m. post.* B | conversationes B **11—12** atque diurnas *Kroll, sed cf. p. 7, 14* **12** et *post* lunae *add.* MPL, *quapropter lacunam signif. Goldb.*; et ⟨omnium stellarum⟩ *supplevit Koziol* **16** red//eamus (d *eras.*) B **19** vicit (*sed* n *add. m. 2*) B *et August.* **20** eam BM (*sed* q; *add. m. 2* B) | effecire (*corr. m. 2*) B effetire M

et non animadvertentes ad cultum religionemque divinam, invenerunt artem, qua efficerent deos. cui inventae adiunxerunt virtutem de mundi natura convenientem eamque miscentes, quoniam animas facere non poterant, evocantes animas daemonum vel angelorum eas indiderunt imaginibus sanctis divinisque mysteriis, per quas idola et bene faciendi et male vires habere potuissent. avus enim tuus, Asclepi, medicinae primus inventor, cui templum consecratum est in monte Libyae circa litus crocodillorum, in quo eius iacet mundanus homo, id est corpus, — reliquus enim vel potius totus, si est homo totus in sensu vitae, melior remeavit in caelum omnia etiamnunc hominibus adiumenta praestans infirmis numine nunc suo, quae ante solebat medicinae arte praebere. Hermes, cuius avitum mihi nomen est, nonne in sibi cognomine patria consistens omnes mortales undique venientes adiuvat atque conservat? Isin vero Osiris quam multa bona praestare propitiam, quantis obesse scimus iratam! terrenis etenim diis atque mundanis facile est irasci, utpote qui sint ab hominibus ex utraque natura facti atque conpositi. unde contingit ab Aegyptiis haec sancta animalia nuncupari colique per singulas civitates eorum animas, quorum sunt consecratae viventes, ita ut et eorum legibus incolantur et eorum nominibus nuncupentur. per hanc causam, o Asclepi, quod aliis quae colenda videntur atque veneranda,

2 'cui inventae — nominibus nuncupentur' August de civ. dei VIII 26

8 o Asclepi *August.* asclepi/ (i *eras.*) B 13 nunc *om.* F | ante *om. August.* 14 solebat GF: solet BMPL *et August.* 15 nonne *August.*: non ω (*om* F) | patria *August.*: patriam ω 17 conservant B | Isin δ *et August.*: ipsi B ipsa MG 19 quis (sunt) intab (*corr. m. 2*) B 20 ex utraque natura GL (*ex corr.*) *et August.*: extraque naturam *cett.* | facit (ti) (*corr. m. 2*) B 21 contigit *August.* | aegypti(i)s (*corr. m. 2*) B 23 consecratae (*ex corr.*) M, *August. et vulg.*: consecrata *cett.* | et *post* ut *om.* M *et August.* | incoantur B inchoentur M

apud alios dissimiliter habentur, ha<n>c propter[ea] bellis se lacessere Aegyptiorum solent civitates.'

XVIII 'Et horum, o Trismegiste, deorum, qui terreni habentur, cuiusmodi est qualitas?'

'Constat, o Asclepi, de herbis, de lapidibus et de aromatibus divinitatis naturam in se habentibus. et propter hanc causam sacrificiis frequentibus oblectantur, hymnis et laudibus et dulcissimis sonis in modum caelestis harmoniae concinentibus, ut illud, quod caeleste est, caelesti usu et frequentatione inlectum in idola possit laetum, humanitatis patiens, longa durare per tempora. sic deorum fictor est homo. et ne putassis fortuitos effectus esse terrenorum deorum, o Asclepi: dii caelestes inhabitant summa caelestia, unusquisque ordinem, quem accepit, conplens atque custodiens, hi nostri vero singillatim quaedam curantes, quaedam sortibus et divinatione praedicentes, quaedam providentes hisque pro modo subvenientes humanis amica quasi cognatione auxiliantur.'

XXIX 'Quam ergo rationis partem εἱμαρμένη vel fata incolunt, o Trismegiste? anne caelestes dii catholicorum dominantur, terreni incolunt singula?'

---

1 hanc propter *scripsi*: //acpropter[ea] (h *eras*; ea *add. m. post*) B hac propterea M ac propterea *cett.*; *lacunam post* ac *signif. Goldb.*; ac *del. Kroll*; *olim conieceram* hacpropter **3** A. *super* Et *adscr. m. post.* B **5** T. *super* Constat *adscr. m. post.* B **6** /aromatibus (h *eras.*) B | divinitatis naturam MG: divinitatis naturalem (vel ram *ss. m. 2*) B vim divinitatis naturalem δ **7** oble(c)tantur (*corr. m. 2*) B obletantibus M **8** dulcissimus (i over u; *corr. m. 2?*) B **9—10** caelesti usu et *ed. Rom.*: caelestius et ω (*sed* us *induct. et* usu *ss. m. 2* B; et *om.* F) caelesti *ex dittographia ortum esse suspicatur Kroll* caelestium usu *malit Cumont* **10** legum *pro* laetum *Kroll* **12** putassis (vel putes *ss. m. 2*) B, *ut coniecerat Koziol*: putasses *cett.* | esse (ss *in ras.*) B **13** inhabitans (vel tant *ss. m. 2*) B **14** unusquis (*om.* que) B | quem (ue *in ras.*) B **15** hii α **17** isque (ⱶ *praeposuit m. 2*) B **19** A. *super* Quam *adscr. m. post.* B | εἱμαρμένη *edd.*: himarmene *ubique* α *et sic fere* PL heMARMeNe *vel* IMARMeNe F **20** anne: ante ω, *sed* vel ne *ss. m. 2* B, *quod recepit Vulc.* (aut L, si F)

'Quam εἱμαρμένην nuncupamus, o Asclepi, ea est necessitas omnium, quae geruntur, semper sibi catenatis nexibus vincta. haec itaque est aut effectrix rerum aut deus summus aut ab ipso deo qui secundus effectus est deus aut omnium caelestium terrenarumque rerum firmata divinis legibus disciplina. haec itaque εἱμαρμένη et necessitas ambae sibi invicem individuo conexae sunt glutino, quarum prior εἱμαρμένη rerum omnium initia parit, necessitas vero cogit ad effectum, quae ex illius primordiis pendent. has ordo consequitur, id est textus et dispositio temporis rerum perficiendarum. nihil est enim sine ordinis conpositione; in omnibus mundus iste perfectus est; ipse enim mundus ordine gestatur vel totus constat ex ordine. haec ergo tria: εἱμαρμένη, necessitas, ordo vel maxime XL
dei nutu sunt effecta, qui mundum gubernat sua lege et ratione divina. ab his ergo omne velle aut nolle divinitus aversum est totum. nec ira etenim commoventur nec flectuntur gratia, sed serviunt necessitati rationis aeternae, quae aeternitas inaversibilis, inmobilis, insolubilis est. prima ergo εἱμαρμένη est, quae iacto velut semine futurorum omnium sufficit prolem. sequitur necessitas, qua ad effectum vi coguntur omnia. tertius ordo textum servans earum rerum, quas εἱμαρμένη necessitasque disponit. haec ergo est aeternitas, quae nec coepit esse nec desinet, quae fixa inmutabili lege currendi sempiterna commotione

1 cf. Lydus de mens. IV 7 (p. 70, 22 Wuensch)

1 *εἱμαρμένην edd.*: himarmene *vel similia* (*om.* n) ω T. *super* o asclepi *adscr. m. post.* B **8** quarum GF: quorum *cett.* | necessitas GPL^1: necessitates B necessitatis ML^{2}F **9** cogit ad effectum *ed. Rom.*: cogit adfectum (*sed* ef *add. m. 2*) B cogit adfectum M cogit affectum *vel* effectum *cett.* **12** conpositione, ⟨si⟩ in omnibus *Kroll* **15** qui *unus* ς *et ed. Rom.*: quae *vel* que *cett.* | guberna(n)t (*corr. m. 2*) B **17** totum nec (m nec *in ras. m. 1*) B **18** gratias B | rationes (*corr. m. 2*) B **19** inmobilis *bis scriptum, sed pr. voc. exp. et induct.* B **21** sufficit (aliter suscipit *ss. m. rec.*) B **22** incoguntur *pro* vi coguntur B

versatur oriturque et occidit alternis saepe per membra ita, ut variatis temporibus isdem, quibus occiderat, membris oriatur; sic est enim rotunditas volubilis ratio, ut ita sibi coartata sint cuncta, ut initium, si[t] quod sit, volubilitatis ignores, cum omnia se semper et praecedere videantur et sequi. eventus autem vel fors insunt omnibus permixta mundanis. dictum est vobis de singulis, ut humanitas potuit, ut voluit permisitque divinitas. restat hoc solum nobis, ut benedicentes deum orantesque ad curam corporis redeamus. satis enim nos de divinis rebus tractantes velut animi pabulis saturavimus.'

XLI De adyto vero egressi cum deum orare coepissent, in austrum respicientes — sole etenim occidente cum quis deum rogare voluerit, illuc debet intendere, sicuti et sole oriente in eum, qui subsolanus dicitur — iam ergo dicentibus precationem Asclepius ait voce submissa: 'o Tat, vis suggeramus patri iusserit, ut ture addito et pigmentis precem dicamus deo?' quem Trismegistus audiens atque commotus ait: 'melius, melius ominare, Asclepi. hoc enim sacrilegii simile est, cum deum roges, tus ceteraque incendere. nihil enim deest ei, qui ipse est omnia aut in eo sunt omnia. sed nos agentes gratias adoremus. hae[c] sunt enim summae incensiones dei, gratiae cum aguntur a mortalibus. gratias tibi, summe, exsuperantissime. tua

13 cf. Poem. 13, 16 (p. 124, 9 P) = C. XIV 16 (p. 345, 18 Reitz.) 16 Lactant. inst. div. VI 25 24 Papyrus Mimaut ap. Reitzenstein (Archiv f. Religionswissensch. VII 396—397)

1 occidit GF: occidet *cett* 2 ita aut B 4 si quod sit *scripsi*: sit quod sit BMP (aliter ut quod sit inicium volubilitatis ignores *ss. m. rec.* B) sit *ante* quod *om. cett.* 9 deum (eu *ex corr. in ras.*) B 12 adyto (abdito *ss. m. rec.*) B 16 A. *super* o tat *adscr. m. post* B 16—17 Tat, vis *scripsi ex* B, *qui habet* tatuis (*sed* uis *exp., ut sit* tati): tati *cett* | ture (t *et* e *in ras.*) B 18 TA. *super* deo *adscr. m. post.* (T. *super* quem *eras.*) B 19 ati (i over a, *corr. m. post.*) B | T. *super* melius *adscr. m. post.* B 20 sacrilegii *Kroll* (*et ita unus* ς): sacrilegis ω 22 hae *ed. Rom.*: haec ω 23—24 a *ante* mortalibus *add. m. 2* B 24 agimus *post* tibi *add. Reitzenstein* | tua (t *in ras.*) B

enim gratia tantum sumus cognitionis tuae lumen consecuti, nomen sanctum et honorandum, nomen unum, quo solus deus est benedicendus religione paterna. quoniam omnibus paternam pietatem et religionem et amorem et quaecumque est dulcior efficacia, praebere digaaris condonans nos sensu, ratione, intellegentia: sensu, ut te cognoverimus; ratione, ut te suspicionibus indagemus; cognitione, ut te cognoscentes gaudeamus. ac numine salvati tuo gaudemus, quod te nobis ostenderis totum, gaudemus, quod nos in corporibus sitos aeternitati fueris consecrare dignatus. haec est enim humana sola gratulatio, cognitio maiestatis tuae. cognovimus te [et], lumen maximum solo intellectu sensibile; intellegimus te, o vitae vera vita, o naturarum omnium fecunda praegnatio; cognovimus te, totius naturae tuo conceptu plenissimae [cognovimus te] aeterna perseveratio in omni enim ista oratione adorantes bonum bonitatis tuae hoc tantum deprecamur, ut nos velis servare perseverantes in amore cognitionis tuae et numquam ab hoc vitae genere separari'. haec optantes convertimus nos ad puram et sine animalibus cenam.

---

1 consecuti// (n *eras.*) B 2 honorandum nomine *pro* honorandum, nomen unum *Reitzenstein* 3 religione (l *in ras.*) B 5 condonans GLF: condonas BMP 6 cognoverimus (cognoscamus *ss. m. rec.*) B 12 et *seclusi*; *om.* F 13 sensibile *Reitzenstein*: sensibili ω | te *om.* α | vere M | cognovimus te *post* vita *add. Reitzenstein* 14 praegna//tio (n *eras.*) B 15 plenissimae *Reitzenstein*: plenissimū (u *in ras. m. post.*) B plenissime *cett.* | cognovimus te *seclus. Reitzenstein* 18 velis (l *in ras. m. post.*) B 19 genereś parari B | Explicat *m. post. sed antiq.* B ΗΡΜΟΥ ΘΡΙCΜΗΓΙCΤΟΥ ΒΙΒαΟC ΙΗΡα ΠΡΟC αCΚαΗΠΙΟ ΠΡΟCΦΟΝΗΘΗCα EXPLICIT FELICITER G *et item* P (*sed omisso* FELICITER)

DE PLATONE ET EIUS DOGMATE.

LIBER I.

180 I Platoni habitudo corporis cognomentum dedit, namque
Aristocles prius est nominatus. ei Ariston fuisse pater
dictus est; ceterum Perictione, Glauci filia, mater fuit; et
de utroque nobilitas satis clara. nam Ariston pater per
Codrum ab ipso Neptuno originem duxit, a Solone sapientissimo, qui legum Atticarum fundator fuit, maternus
derivatus est sanguis. sunt qui Platonem augustiore conceptu prosatum dicant, cum quidem Apollinis figuratio
181 Perictionae se miscuisset. mense etiam, qui apud Atticos
Thargelion dicitur, natus est, die, qua apud Delum Latona
182 fertur Apollinem Dianamque peperisse. pridie Socraten

De ratione, quae inter Apulei narrationem (c. I—IV) et Prolegomena philosophiae Platonis (ap. C. F. Hermann, vol. VI ed. Platonis, app. p. 52—78) Olympiodorique vitam (ib. p. 46—51) intercedit, accurate egit Sinko in libello de Apul. et Albini doctr. Platon. adumbratione, s. fin. — cf. Diog. Laert. III 1—10. 14—16, 30, 34.

c. I—IV excerpserunt scholiasta Lucani X 180 (cf. M. Annaei Lucani commenta Bernensia ed. Usener, Lipsiae 1869, p. 321—323) et Ioann. Sarisberiensis Polycrat. sive de nugis curial. VII 5; cf. Vincent. Bell. spec. hist. III 60.

DE PLATONE ET EIVS DOGMATE *rubro colore in marg. super.* B *eadem inscriptio est in* MV
3 dictus *ex* ductus *per ras.* B **4** ei *post* Ariston *induct.* B **4—5** per Codrum *ed. Rom.*: per coorum ω (peccorum M) **8** quaedam *pro* quidem *Scaliger* | fi//guratio (*fuit* u) B **9** Perictionae *Colv.*: peri//ctioni (*fuit* u) B perictioni *cett.* (perunctioni V) Perictione *ed. Rom.* Perictiona *Casaub.* ⟨cum⟩ Perictione *Koziol* **9** aputa(t)ticos (*corr. m. fort. 1*) B **10** die// (i *eras.*) B **11** fertur//apollinem (r *eras.*) B

genitum accepimus. somnium etiam Socratis scitum ferunt.
nam vidisse sibi visus est cygni pullum ex altari, quod
in Academia Cupidini consecratum est, evolasse et in eius
gremio resedisse et postea olorem illum pinnis caelum
petisse canore musico auditus hominum deorumque mul- 183
centem. cum hoc Socrates in conventu amicorum referret,
Ariston Platonem puerum oblaturus Socrati magistro com-
modum prosequebatur. quem ubi adspexit ille ingenium-
que intimum de exteriore conspicatus est facie: 'hic ille
erat, amici' inquit 'de Academia Cupidinis cygnus'.

Talis igitur ac de talibus Plato non solum heroum II
virtutibus praestitit, verum etiam aequiperavit divum pote-
statibus. nam Speusippus domesticis documentis instructus
et pueri eius acre in perci<pi>endo ingenium et admirandae
verecundiae indolem laudat et pubescentis primitias labore 184
atque amore studendi inbutas refert et in viro harum
incrementa virtutum et ceterarum convenisse testatur. ex
isdem genitoribus Glaucus et Adimantus ei fratres fuerunt.
doctores habuit in prima litteratura Dionysium. at in
palaestra Aristonem Argis oriundum tantosque progressus
exercitatio ei contulit, ut Pythia et Isthmia de lucta[ta] cer-
taverit. picturae non aspernatus artem tragoediis et

---

1 accepimus *ex* accipimus *corr. m. post* B | Socratis scitum A *et vulg.*: socratis citum *cett.* Socrati scitum *Goldb.* f//erunt (u *eras.* B) **3** evolasse *schol. Luc.*: volasse ω **6** amicorum *scripsi*: hominum (*male ex v. 5 repetitum*) ω **7** aristo(n) (*corr. m. 2?*) B | commodum δ: commodo α (*cf. p. 30, 17*) **9** auspicatus *pro* conspicatus *Jahn* **13** pseusippus B **14** acre *vulg.*: aere ω | in percipiendo *vulg.*: inpertiendo B in perciendo *cett.* **15** pubescentis *in* pubescentes *corr. m. post.* B pubescentes MV **16** referet *pro* refert et B **18** isdem *edd.*: hisdem ω | Glauco *ed. Rom.* (*Γλαύκων, sed cf. p. 82, 3*: Glauci filia) | Adimantus B: adamantes *vel* adamantus *cett.* **19** at *ex* ad *corr. m. post.* B **20** plalestra B **21** Pythia et Isthmia *Colv.*: pythia et&histmia (et *in ras.*) B phithiae tethistmia (*vel* -ismia) *cett. plerique* pytia‿&imia *schol. Luc.* | //de (a *eras.*) B | lucta *ed. Rom.*: luctata ω (luctu A) luctatu *Hild.* **22** tragoediis L, *schol. Luc. et Ioann. Sarisb., quod prob. Oudend.*: tragoedis *cett.*

dithyrambis se utilem finxit iamque carminum confidentia elatus certatorem se profiteri cupiebat, ni Socrates humilitatem cupidinis ex eius mentibus expulisset et verae
185 laudis gloriam in eius animum inserere curasset. et antea quidem Heracliti secta fuerat inbutus. verum cum se Socrati dedisset, non solum ingenio atque doctrina Socraticos ceteros vicit, verum etiam labore et elegantia inlustravit sapientiam ab eo sibi traditam: labore, quo adserere eam nisus est, elegantia, per quam venustate et
III maiestate verborum ei plurimum adhibuit dignitatis. sed
186 posteaquam Socrates homines reliquit, quaesivit, unde proficeret, et ad Pythagorae disciplinam se contulit. quam etsi ratione diligenti et magnifica instructam videbat, rerum tamen continentiam et castitatem magis cupiebat imitari et, quod Pythagoreorum ingenium adiutum disciplinis aliis sentiebat, ad Theodorum Cyrenas, ut geometriam disceret, est profectus et astrologiam adusque Aegyptum ivit petitum, ut inde prophetarum etiam ritus addisceret. et ad Italiam iterum venit et Pythagoreos Eury[ta]tum Tarentinum et seniorem Archytam sectatus est. atque ad Indos et Magos intendisset animum, nisi tunc eum bella
187 vetuissent † caletica. quapropter inventa Parmenidae ac Zenonis studiosius exsecutus ita omnibus, quae admirationi

---

1 dithyrambis se utilem A *et vulg.*: dytyrambis (*vel* dithyrambis) sentilem B *et al.* tibiistituliũ *schol. Luc.*, *unde Usener ci.* dithyrambis (*vel* lyricis) stilum | finxit F: fixit *cett.* 2 (e)latus (*corr. m. fort. 1*) B 3 humi//litatem (i *ex* m *per ras.*) B | verae *ex* vera *corr. m. post.* B 5 senecta α (*sed* ne *exp.* B) 6 dedidisset *edd. vett.* 7 //uerum (f *eras.*, m *ex* nt *corr.*) B 9 elegantia F: elegantiam *cett.* 11 homines (*corr. m. post.*) B 13 diligenti// (a *eras.*) B 15 (in)genium (*corr. m. 2*) B 16 sentiebat// ad (& *eras.*) B | //ut (a *eras.*) B 17 adusque Aegyptum: usque ab aegypto *schol. Luc.* 18 ivit *schol. Luc. et ed. Rom.*: fuit ω 19 Eurytum *vulg.*: euritatum ω rit' *schol. Luc.* 20 sectatus est *schol. Luc.*: est *om.* ω | atque: qui⟨n⟩ *schol. Luc.* 21 nunc (*corr. m. 2*) B 22 vetuissent Asiatica. quapropter *vulg.* (*cf. Diog. Laërt.* III 8: *διὰ δὲ τοὺς τῆς Ἀσίας πολέμους ἀπέστη*) vetuissent. dialectica quapropter *Goldb.*

sunt singula, suos libros explevit, ut primus tripertitam philosophiam copularet sibique invicem necessarias partes nec pugnare inter se tantummodo sed etiam mutuis adiuvare auxiliis ostenderet. nam quamvis de diversis officinis haec ei essent philosophiae membra suscepta, naturalis a Pythagoreis, [dialectica] rationalis *** atque moralis ex ipso Socratis fonte, unum tamen ex omnibus et quasi proprii partus corpus effecit et, cum principes harum familiarum 188 inpolitas sententias et inchoatas auditoribus tradidissent, eas hic cum ratione limando tum ad orationis augustae honestissimam speciem induendo perfectas atque etiam admirabiles fecit.

IV Multi auditorum eius utriusque sexus in philosophia floruerunt. patrimonium in hortulo, qui Academiae iunctus fuit, et in duobus ministris et in patera, qua diis supplicabat, reliquit; auri tantum, quantum puer nobilitatis insigne in auricula gestavit. ceterum tres ad Siciliam adventus mali quidem carpunt diversis opinionibus dissentes. 189 sed ille primo historiae gratia, ut naturam Aetnae et incendia concavi montis intellegeret, secundo petitu Dionysi, ut Syracusanis adsisteret, est profectus, et ut

3 pugnare// (*una litt. eras.*) B | inter seeammodo (tantum *supra*) (*corr. m. 2*) B tantummodo *susp.*; *itaque libenter reposuerim*: necessarias ⟨esse⟩ partes nec pugnare inter se eas modo 5 naturalis a Aδ: naturali(a)|a (a *add. m. post.*) B naturalia a MV 6 di//alectica (*fuit* u) rationabilis (atq. *supra*) morabilis (atque *add. m. 1 vel 2*) B | dialectica *seclusi; Goldb. contra h. v. retinuit et* rationalis *uncis inclusit, sed servanda erat adnominatio* naturalis, rationalis, moralis (*cf. Sen. epist. ad Lucil. 89,9 sqq.*) | *lacunam signif. Goldb., cui excidisse videtur* ab Eleaticis | atque *susp.* 7 fonte// (m, *ut vid., eras.*) B 8 effecit *ex* efficit *corr. m. post.* B 9 sententia(s) (s *add. m. fort. 1*) B | et *in ras.* (*fuit* set) B 11 aug//ustę (a *eras.*) B 17 eius *post* tres *add.* F | in Siciliam *schol. Luc.* 18 adventos (u *supra*) (*corr. m. post.*) B | maligni *pro* mali *Jahn* | quidam F | opiniobus B 20 secundo petitu: se// (cundo *supra*) petitu (dex, *ut vid., eras.; corr. m. 2*) B 21 dionysi B: dionysii *cett.* | est profectus: & profectus (& *induct.*; s, *quod ss. fuerat, ut esset* est, *eras.*; sed *ss. m. post.*) B

municipales leges eius provinciae disceret; tertius eius adventus fugientem Dionem inpetrata a Dionysio venia patriae suae reddidit. quae autem consulta, quae *δόγματα* Graece licet dici, ad utilitatem hominum vivendique et intellegendi ac loquendi rationem extulerit, hinc ordiemur. nam quoniam tres partes philosophiae congruere inter se primus obtinuit, nos quoque separatim dicemus de singulis a naturali philosophia facientes exordium.

V

190 Initia rerum tria esse arbitratur Plato: deum et materiam rerumque formas, quas *ἰδέας* idem vocat, inabsolutas, informes, nulla specie nec qualitatis significatione distinctas. sed haec de deo sentit, quod sit incorporeus. is unus, ait, *ἀπερίμετρος* *** genitor rerumque omnium † extortor, beatus et beatificus, optimus, nihil indigens, ipse conferens cuncta. quem quidem caelestem pronuntiat, indictum, innominabilem et, ut ait ipse, *ἀόρατον, ἀδάμαστον,*
191 cuius naturam invenire difficile est, si inventa sit, in multos eam enuntiari non posse. Platonis haec verba sunt:

---

9 Apulei doctrinae Platonicae expositionem cum Albini (Alcinoi) introductione (ap. C. F. Hermann, vol. VI ed. Plat., app. p. 8—65) diligentissime comparavit Sinko in libello supra laud., quem vide. — cf. Diog. Laert. III 40 sq. 18 Plat Tim. 28 C

---

1 discerent B **3** consulata (a *fin. in ras.*) B | *δόγματα edd.*: dogmata ω (docmata B) **4** licet (lic *in ras.*) B | vivendique *ed. Rom.*: videndique ω (videndi qui B) **5** extulerit (t *in ras. 2 litt.*) B **9** rerum (ru *in ras.*) B **10** quas *ἰδέας edd.*: quas ideas *vel* quasi deas *codd.* **10—12** inabsolutas, informes — distinctas: inabsolutam, informem — distinctam *Sinko, qui haec ad* materiam *refert et post* commemorat (*p. 87, 2*) *conlocat. idem* et haec *pro* sed haec (*v. 12*) *legit* **11** talitatis (qu *corr. m. 2*) B **13** is//(u *eras.*)u(*in marg.*)nus B | *ἀπερίμετρος edd.*: apimetros α aprimetros δ (epimetros F) rerumque *vel* rerum *ante* genitor *add.* δ; *ego lacunam significavi* **14** exornator *pro* extortor *v. Lennep, quod prob. Sinko*; exstructor (= *architectus, p. 95, 9*) *Oud., quod prob. Rohde* **15** pronuntiant B **16** *ἀόρατον ἀδάμαστον edd.*: aoraton adamaston ω **18** enu//ntiari (me *eras.*) B

θεὸν εὑρεῖν τε ἔργον εὑρόντα τε εἰς πολλοὺς ἐκφέρειν ἀδύνατον.
materiam vero inprocreabilem incorruptamque commemorat,
non ignem neque aquam nec aliud de principiis et abso-
lutis elementis esse, sed ex omnibus primam, figurarum
capacem fictionique subiectam, adhuc rudem et figurationis
qualitate viduatam deus artifex conformat universa⟨m⟩. in- 192
finitam vero idcirco, quod ei sit interminata magnitudo.
nam quod infinitum est, indistinctam magnitudinis habet
finem atque ideo, cum viduata sit fine, infinibilis recte
videri potest. sed neque corpoream [sed] nec sane in-
corpoream concedit esse. ideo autem non putat corpus,
quod omne corpus specie qualicumque non careat; sine
corpore vero esse non potest dicere, quod nihil incorpo-
rale corpus exhibeat, sed vi et ratione sibi eam videri
corpoream; atque ideo nec ⟨t⟩actu solo neque tamen sola
opinione cogitationis intellegi. namque corpora propter
insignem evidentiam sui simili iudicio cognosci; sed quae
substantiam non habent corporum, ea cogitationibus videri.
unde adulterata opinione ambiguam materiae huius in-
tellegi qualitatem. ἰδέας vero, id est formas omnium, VI
simplices et aeternas esse nec corporales tamen; esse
autem ex his, quae deus sumpserit, exempla rerum, quae
sunt eruntve, nec posse amplius quam singularum spe- 193
cierum singulas imagines in exemplaribus inveniri gignen-
tiumque omnium ad instar cerae formas et figurationes

2 Plat. Tim. 51 A 19 Plat. Tim. 52 B

1 *ΘΕΟΝΕΤΡΕΙΝΤΕΕΡΓΟΝΕΤΡΟΝΤΑ ΤΕ ΕΙCΙΤ ΟΛΛ* (*corr. ex* *ΑΛ*)*ΟΤCΕΚΦΕΡΕΙΝΑΔΤΝΑΤΟΝ B mendosius cett.* 2 i(n)procreabilem (*corr. m. 2*) B 3 & *in ras.* B 5 fic- tionique *Stew.*: factionique ω | quam *ante* adhuc *excidisse reor* 6 universam *Colv.*: universa ω | infinita(m) (*corr. m. 2*) B 7 intermina(ta) (*corr. m post.*) B 10 neque////corpoream (in *eras.*) B | sed *secl. Goldb.* | nec sane *Goldb.*: nec *om* ω, *nisi quod* nec *in marg. add. m. 2* V ne *ante* sane *add. m. post.* B ne sane P 13 incorporale (a *in ras.*; *fuit* e) B 15 tactu *Goldb.*: actu ω 17 (e)videntiam (*corr. m. 2*) B 18—19 vi- deri; //unde (*nescio quid eras.*) B 20 ἰδέας *edd.*: ideas ω

ex illa exemplorum inpressione signari. οὐσίας, quas essentias dicimus, duas esse ait, per quas cuncta gignantur mundusque ipse; quarum una cogitatione sola concipitur, altera sensibus subici potest. sed illa, quae mentis oculis conprehenditur, semper et eodem modo et sui par ac similis invenitur, ut quae vere sit; at enim altera opinione sensibili et inrationabili aestimanda est, quam nasci et interire ait. et sicut superior vere esse memoratur, hanc non esse vere possumus dicere. et primae quidem substantiae vel essentiae primum deum esse et mentem formasque rerum et animam; secundae substantiae omnia,
194 quae informantur quaeque gignuntur et quae ab substantiae superioris exemplo originem ducunt, quae mutari et converti possunt, labentia et ad instar fluminum profuga. adhuc illa, quam dixi, intellegendi substantia quoniam constanti nititur robore, etiam quae de ea disputantur, ratione stabili et fide plena sunt; at eius, quae veluti umbra et imago est superioris, rationes quoque et verba, quas de ea disputantur, inconstanti sunt disciplina.

VII Initium omnium corporum materiam esse memoravit; hanc et signari inpressione formarum. hinc prima elementa esse progenita, ignem et aquam et terram et aëra. quae si elementa sunt, simplicia esse debent neque ad instar syllabarum nexu mutuo copulari, quod istis evenit, qua-

---

23 Plat. Tim. 48 B

---

1 essen//tias (*una litt. eras.*) B 6 ut *Rohde*: et ω | vere (r *in ras. 2 litt.*) B 7 ////rationabili (ir *ss. m. post.*) B | nasci *ex* nosci *corr. m. 1* B 9 primaequidem B 10 //essentiae (a *eras.*) B | deum *male repetitum induxit m. post.* B 13 dicunt (o supra i, *corr. m. fort. 1*) B 14 converti// (*una litt. eras.*) B 15 ad hoc *pro* adhuc *Lips.* ad haec *Casaub.* 16 nititur//robore (o *eras.*) B 17 eiusq; (que *ss. m. rec.*) B 18 rationes *ex* rationis *corr. m. post.* B 20 materiem α 22 aera *ex* aere (?) *corr. m. 1* B 24 copulari, quod *Lips.*: copulari quae (*vel* -que) ω

rum substantia † multi potestatem coitione conficitur.
quae cum inordinata permixtaque essent, ab illo aedificatore mundi deo ad ordinem numeris et mensuris in ambitum deducta sunt. haec e plurimis elementis ad unum 195
redacta esse. et ignem quidem et aëra et aquam habere originem atque principium ex trigono, qui sit anguli recti, imparibus ⟨lateribus⟩; terram vero de recti quidem anguli trigonis, sed fastigiis paribus, esse. et prioris quidem formae tres species existere: pyramidem, octangulam et vigintiangulam sphaeram. et pyramidem figuram ignis in se habere, octangulam vero aëris, angulatam vicies sphaeram aquae dicatam esse, aequipedum vero trigonum efficere ex sese quadratum, κύβον, quae terrae
sit propria. quapropter mobilem pyramidis formam igni 196
dedit, quod eius celeritas agitationi huius videatur esse consimilis. secundae velocitatis octangula sphaera est; hanc aëri detulit, qui levitate et pernicitate post ignem

2 Plat. Tim. 53 B — 56 C

---

multimoda
1 multi potestatem (*exp. m. rec.*; multimoda. *quod et in infer. marg m. 2 legitur, ss. m. post. XII s.*) B multimoda multi potestatem *cett.* (potestatum F) multimoda potestatum *vulg.* | co//itione (i *ex* n *per ras.*) B coinitione M conicione V | conficitur (*pr.* c *in ras.*) B 5 redacta *ex* reducta *corr. m. 1* B 6 trigono BV²: trigone *cett.* | quod *pro* qui *Goldb. nulla necessitate* | sitangali (i *super* t *add. m. post., ut fieret* trianguli) B 7 recti imparibus *scripsi* (anguli recti *genet. qual.* = ὀρθογώνιος): rectū/imparibus *ex* rectimimparibus *corr.* B rectinum paribus M recti num paribus VP non recti num paribus L recti non paribus F | lateribus *addidi* angulis *interpolavit* F 7—8 de recti quidem anguli trigonis, sed *scripsi*: directis quidem angulis trigonis et ω | fastigiis *Goldb.*: vestigiis ω 11 pyramidam (e *ss.*) (*corr. m. rec.*) B -dam *codd. plerique* 12 octangulum BM 13 //seramq (h, at *ss.*): (*fuit* sferamq; *unde* spheram *effecit m. rec.*; at *add. m. fort. 1, sed* t *induct., ut sit* aque) B 14 trigonum (r *per ras.*) B | κύβον, quae *edd.*: cybon quae /// (*2 litt. eras.*) B cybon (*vel* cibon) quae (*vel* que) *cett.* | terra(e) (*corr. m. fort. 1*) B 15 pyrami(i *in ras.*)dis B | igni (i *final. in ras.*; e *fuisse vid.*) B

secundus esset. vicenalis sphaera loco tertio est; huius forma fluvida et volubilis aquae similior est visa. restat tesserarum figura, quae cum sit inmobilis, terrae constantiam non absurde sortita est. et alia initia inveniri forsitan posse ait, quae deo nota sint vel ei, qui sit diis
VIII amicus. sed de primis elementis, igni et aqua ceterisque, et illa constare particulatim animalium et inanimantium corpora mundumque omnem ex omni aqua totoque igni et aëris universitate cunctaque terra esse factum et non solum nullam horum partem extra orbem relinqui, sed <ne> vim quidem eius [et] extrinsecus inveniri. haec
197 autem invicem ex se intra se apta et conexa esse; idcircoque in igne atque terra aqua<e> et aëri est situs et, sicut ignis aëri cognatione coniungitur, ita umor adfinitati terrenae iugatur. hinc unum esse mundum in eoque omnia nec relictum locum, in quo alius, nec elementa superesse, ex quibus alterius mundi corpus possit esse. ad haec ei adtributa est perpetua iuventas et inviolata valitudo eoque nihil praeterea extrinsecus est relictum, quod corrumpere posset ingenium eius et, si superesset, non eum laederet, cum ita apud se ex omni parte conpositus atque ordina-

8 Plat. Tim. 32 C 11 cf. Ambros. Hexaem. III 4, 18 15 Plat. Tim. 33 A

1 esset (vel est *ss. m. 2*) B | vicenalis *vulg.*: vicenialis B vicenialis *vel* vicinialis *cett.* (vicenio | alis M) 5 posse ait *vulg.*: posse//ait *ex* possit *corr. m. fort. 2* B posse aut *cett.* (posse ait V 2) | si(n)t (*corr. m. fort. 2*) B **11** ne *add. Flor.* | et *secl. Vulc.* esse *pro* et *Sinko ex formula* 'est inveniri' **12** idcircoq// (*fuit* ae; i *ss. m. post.*) B **13** atque (*super* q *nescio quid eras.*) B | aquae et aëri *scripsi*: aqua et aere ω, *sed* aeri *in* aere *corr. m. post.* B | est situs BMV: esse situs Aδ | *totum locum sic refinxit Sinko*: in igne atque terra aquam et aërem esse situm, *parum probabiliter; Apulei verba obscura inlustrat Ambros. Hexaem. l. l.* | ut, sicut *Lips.* **14** aeri F: aeris *cett.* | adfinitati (i *final. ex corr. per ras.*) B **15** iugatur A: iungatur *cett.* *lectionem* et . . . iugatur *propter clausulam* (— ◡ — —) *recepi* | eoq (q. *ex corr. per. ras.*) B **21** conpositus *om., sed ss. m., ut vid., 2* B

tus foret, ut adversantia et contraria naturae discipli- 198 naeque eius officere non possent. idcirco autem perfectissimo et pulcherrimo mundo instar pulchrae et perfectae sphaerae a fabricatore deo quaesitum est, ut sit nihil indigens, sed operiens omnia coërcensque contineat, pulcher et admirabilis, sui similis sibique respondens. hinc illud etiam: ⟨cum⟩ septem locorum motus habeantur, progressus et retrocessus, dexteriores ac sinistri, sursum etiam deorsumque nitentium et quae in gyrum circuitumque torquentur, sex superioribus remotis haec una mundo relicta est sapientiae et prudentiae propria, ut rationabiliter volveretur. et hunc quidem mundum nunc sine initio esse dicit, alias originem habere natumque esse. nullum autem eius exordium atque initium esse ideo, quod semper fuerit; nativum vero videri, quod ex his rebus substantia eius et natura constet, quae nascendi sortitae sunt qualitatem. hinc et tangitur et videtur sensibusque corporeis est obvius. sed quod ei nascendi causam deus praestitit, ideo inmortali perseverantia est semper futurus.

IX Animam vero animantium omnium non esse corpoream 199 nec sane perituram, cum corpore fuerit absoluta, omniumque gignentium esse seniorem; atque ideo et imperitare

6 Plat. Tim. 34 A; cf 43 B 12 Plat. Tim. 28 B 19 cf. Plat. Politic. 270 A 23 Plat. Tim. 34 C

4 ut quae sit (*sed* quae *induct.*) B | sed *in marg. add. m. antiq. sed pallidiore atramento* B **5** pulcr// (a, *ut vid.*, *eras.*: he *ss. m. 2*) B **6** sui// (s *eras. in fine versus*) B | illius (?) *in* illi ut *corr m. post.* B **7** cum *add. Flor.* | progressus MV: prosus (vel processus *ss. m. 2*) B prorsus δ **8** dexteriores *Goldb.*: dexterioris ω *fort.* dexteri ⟨err⟩oris (*sc.* motus) (*cf* ἀπλανές *et* πλανώμενα *ap. Plat. Tim. p. 34 A et 43 B*) **10** /ex (s *additum fuerat*, *sed post deletum est*) B | viis *post* superioribus *addendum censet C. Justice*, rationibus *post* remotis *Brakman*: *ego* via *post* propria (*v* 11) *excidisse suspicor, nisi forte Apuleius* τὰς κινήσεις *cogitans genus temere mutavit* **14** //initium (i *ex corr. per ras.*) B **17** et tangitur: &angitur *in* tangitur *corr. m. post.* B **19** perse(ve)rantia (*corr. m. 2*) B **21** sane *ex* sine *corr.* B **22** gignentium / (m *vel* in *eras.*) esse / (m, *ut vid.*, *eras.*) B | atque/ /eo (id *er as.*) B et//imperitare (*una litt. eras.*; i *ex corr.*; *fuit fort.* etiam) B

et regere ea, quorum curam fuerit diligentiamque sortita, ipsamque semper et per se moveri, agitatricem aliorum, quae natura sui inmota sunt atque pigra. sed illam, fontem animarum omnium, caelestem animam optimam et sapientissimam virtute esse genetricem, subservire etiam fabricatori deo et praesto esse ad omnia inventa eius pronuntiat. verum substantiam mentis huius numeris et modis confici congeminatis ac multiplicatis augmentis incrementisque per se et extrinsecus partis et hinc fieri, ut musice 200 mundus et canore moveatur. naturasque rerum binas esse et earum alteram esse, quam quidem δοξαστὴν appellat ille et quae videri oculis et adtingi manu possit, alteram, quae veniat in mentem, cogitabilem et intellegibilem; detur enim venia novitati verborum rerum obscuritatibus servienti. et superiorem quidem partem mutabilem esse ac facilem contuenti, hanc autem, quae mentis acie videtur et penetrabili cogitatione percipitur atque concipitur, incorruptam, inmutabilem, constantem eandemque et semper esse. hinc et duplicem rationem interpretationemque dicit: namque illa visibilis fortuita et non ita perseveranti suspicione colligitur, at haec intellegibilis vera, perenni et constanti ratione probatur esse.

X Tempus vero aevi esse imaginem, si quidem tempus 201 movetur, perennitatis fixa et inmota natura est; et ire in eam tempus et in eius magnitudinem fluere ac dissolvi

7 Plat. Tim. 35 B — 36 B 10 Plat. Tim. 51 D — 52 A 14 cf. Lucret. I 136 sq. 19 Plat. Tim. 37 B et C 23 Plat. Tim. 37 D — 39 D; cf. Diog. Laert. III 73 sq.

5 virtute M V (*i. e.* δυνάμει, *ut interpretatur Sinko*): virtutē (*sed lineola eras.*) B virtutem *cett.* virtutum *Elm.* 8 incrementisque (q *exp.*) B 11 δοξαστὴν *edd.*: *ΔΟΖΑCTHN* BM 12 attingi *ex* aitingi *corr. m. post.* B 13 *verba* quae veniat in mentem, *quae post* alteram esse (*v. 11*) *in codd. leguntur, huc transposuit Flor.* 16 videtur (*super* t *nescio quid eras.*) B 17 p/enetrabili (l *eras.*) B 18 e$\overset{a}{u}$ndemque (*corr. m. 1, ut vid.*) B 20 non ita *Sciopp.*: inita ω (initia M) 21 colligitur (*alter.* i *in ras.*) B 23 imaginē *ex* imagini *corr.* B | siquid(em) (*fuit* quod; em *add. m. fort. 2*) B

posse, si quando hoc decreverit fabricator mundi deus. eiusdem temporis spatiis mensuras mundanae conversionis intellegi. solis quippe et lunae globum hoc agere ceterasque stellas, quas nos non recte erroneas et vagas dicimus; nostrae enim super earum cursibus opiniones disputationesque possunt in errorem intellectum inducere. ceterum ille rerum ordinator ita reversiones earum, ortus, obitus, recessus, moras progressusque constituit, ut ne modico quidem errori locus esset. dies quippe cum noctibus mensium spatia conplere, menses vicissim annorum orbes involvunt, nec prius quam signa haec luce siderea ardere coeperunt, iniri potuerunt temporum numeri, perituramque esse observationem conputationis huius, si hic olim chorus antiquus steterit. namque ut mensurae et reversiones 202
temporum noscerentur circuitusque mundi videretur, solis incensa sunt lumina et vicissim, ut quies desiderata proveniret animantibus, opacitas est inventa noctis. mensesque effici, cum luna circuli sui conpleto curriculo ad eundem locum, a quo discesserit, revertatur, anni vero spatia concludi, cum sol quadrinas temporum contigerit vices et ad idem signum fuerit invectus. horum enume-

5 Plat. de legg. VII 822 A; cf. Cic. de nat. d. II 20, 51
21 cf. Plat. Tim. 47 A et B

1 mundi// (s *eras.*) B 4 erron(e)as (*corr. m. fort. 2*) B 6 possunt δ: sunt α (disputationes|que sunt *corr. m. post.* B; pos *superscr.*) | inducere F: incidere *cett.* | ceterarum B 10 mensi//em (i *ex* u *per ras.*) B 11 involvunt AF: involent B involluunt M involvent P involuit L (e *superscr.*) | enim *post* haec *add.* BVδ, *sed del.* B 12 pot(u)erunt (u *add. m. post.*) B | numeri A *et vulg.*: numeri/// (i *ex* us *corr. per ras.*) B numeris *cett.* (*sed* s *del.* V²) 13 (com)putationis (*corr. m. fort. 2*) B 14 a(n)tiquus (*corr. m. 2*) B astricus *pro* antiquus *Lips.* 15 circuitusq/// (*fuit* que) B 17 ///animantibus (in *eras.*) B 19 solum (l, e *superscr.*) *corr. m. 1, ut vid.*, B 20 (s)patia (*corr. m. 1, ut vid.*) B 21 sqq. enumeratio . . . intellectum cogitationis invenit *vix sanum* enumeratio (*vel* enumerationem) . . . intellectu cogitationis invenit *vulg.* enumerationem . . . intellectus cogitationis invenit *Hild.* cogitatio . . intellectum [e]numerationis invenit *ingeniose Sinko fort.* horum enim ratio . . . intellectum cogitationis invenit

ratio in se revertentium et a se proficiscentium intellectum cogitationis invenit. esse autem stellarum nihilo minus certos ambitus legitimis curriculis perpetuo servatos, quos vix hominum sollertia conprehendit. unde fit, ut et
203 magnus ille vocitatus annus facile noscatur, cuius tempus inplebitur, cum vagantium stellarum comitatus ad eundem pervenerit finem novumque sibi exordium et itinera per vias mundi reparaverit.

XI Globorum vero caelestium nexorum inter se per vices mutuas omnium supremum esse eum, qui inerrabili meatu censetur; eius amplexu ceteros coërceri. et esse ἀπλανέσι primum ordinem, secundum Saturno datum, Iovi tertium, Martem quartum tenere, quintum Mercurio dari, sextum Veneris esse, septimum Solis itineribus incendi, octavum metiri Lunam. exinde elementis omnia ac principiis occupari. ignem ante alia superiorem esse, mox aëris locum, hinc aquae proximum et tunc globum terrae in medio situm, aequalem loco ac figura, inmobilem stare. hos astrorum ignes sphaeris adfixos perpetuis atque indefessis cursibus labi. et hos animalis deos dicit esse, sphaerarum vero ingenium ex igni coalitum et fabricatum. iam ipsa animantium genera in quattuor species dividuntur, quarum
204 una est ex natura ignis eiusmodi, qualem solem ac lunam

12 cf. [Plat.] Epinom. 987 B — C 22 Plat. Tim. 39 E sq.

2 ceterarum *post* stellarum *add. Goldb., sed stellae opponuntur soli et lunae* 3 certos *ex* certus *corr. m. fort. 1* B 4 conpraehenda[it] (*corr. m. fort. 1*) B | fit/// (& *eras. in fine versus*)|ut B 5 vocitatus *ex* vocitatur *corr. per ras.* B | nascatur (vel o *ss. m. fort. 2*) B 7 novumqı/// (*fuit* que) B 9 vice(s) (*corr. m. 1, ut vid.*) B 11 coercere[i] (*corr. m. 1*) B | ἀπλανέσι *Oud.* (*qui et* aplanesi *proposuit*): &[a]planes[i]// (i *eras.*; a *et* i *ss. m. 1, ut vid.*) B aplanisi *cett. plerique* 12 iovi LF: iovis *cett.* 13 Martem AF: martis *cett.* (marti L) 16 alia// (s *eras.*) B 18 in//mobilem (*fuitne* im?) B 20 ho[s]// (c *eras.*; *corr. m. fort. 1*) B | animalis *in* animales *corr. m. post.* B

videmus ceterasque siderum stellas, alterum ex aëria qualitate — hanc etiam daemonum dicit —, tertium ex aqua terraque coalescere et mortale genus corporum ex eo dividi terrenum atque terrestre — sic enim *πεζὸν* et *χερσαῖον* censui[t] nuncupanda — terrenumque esse arborum ceterarumque frugum, quae humi fixae vitam trahunt, terrestria vero, quae alit ac sustinet tellus. deorum trinas nuncupat species, quarum est prima unus et solus summus ille, ultramundanus, incorporeus, quem patrem et architectum huius divini orbis superius ostendimus; aliud genus est, quale astra habent ceteraque numina, quos caelicolas nominamus; tertium habent, quos medioximos Romani veteres appellant, quod [est] sui ratione, sed ⟨et⟩ loco et 205 potestate diis summis sint minores, natura hominum profecto maiores. sed omnia, quae naturaliter et propterea XII recte feruntur, providentiae custodia gubernantur nec ullius mali causa deo poterit adscribi. quare nec omnia ad fati sortem arbitratur esse referenda. ita enim definit: providentiam esse divinam sententiam, conservatricem prosperitatis eius, cuius causa tale suscepit officium; divinam legem esse fatum, per quod inevitabiles cogitationes dei atque incepta conplentur. unde si quid providentia geri-

12 Serv. ad Aen. VIII 275 17 Plat. de rep. II 379 C et X 617 E; cf. Tim. 42 D

1 a(e)ria (*corr. m. fort. 1*) B 2 daemonem B δ 4 terrenum (*pr.* r *in ras.*) B | a(t)que (e *in ras.; fuit* aquae; t *add. m 1*) B | terrestre// (s, *ut vid., eras.*) B | *πεζόν* et *χερσαῖον Flor.* (*cf. Plat. Tim. p. 40 A*): &poneнepтepoн B et pone nepte pon MV et PONeNePTePON F *alia alii* 5 censui *Colv.*: censuit ω 6 terrestri(a) (*corr. m. fort. 1*) B 7 alit ac sustinet *ex* alitae suntinet *corr. m. 1* B 11 n//mina (o *eras.; corr. m. fort. 1*) B 12 medioxymos B 13 est *seclusi* et *pro* est *Oud.* | sui *i. e.* sui iuris *interpretatur Sinko, parum probabiliter* (*cf.* sui genere *p. 99,20*) | et *add. Oud.* 14 sint B[1]: sunt *corr. m. post.* B *et cett.* 17 deo poterit B δ, *quod prob. Alfr. Kirchhoff de Apul. claus. p. 44—45*: poterit deo MVA 18 sortem////// (sortem, *ut vid., eras.*) B 20 divinā (*lineolam add. m. post.*) B

tur, id agitur et fato, et quod fato terminatur, provi-
dentia debet susceptum videri. et primam quidem provi-
dentiam esse summi exsuperantissimique deorum omnium,
qui non solum deos caelicolas ordinavit, quos ad tutelam
et decus per omnia mundi membra dispersit, sed natura
etiam mortales eos, qui praestarent sapientia ceteris ter-
206 renis animantibus, ad aevitatem temporis [s]e<di>dit funda-
tisque legibus reliquarum dispositionem ac tutelam rerum,
quas cotidie fieri necesse est, diis ceteris tradidit. unde
susceptam provinciam dii secundae providentiae ita naviter
retinent, ut omnia, etiam quae caelitus mortalibus ex-
hibentur, inmutabilem ordinationis paternae statum teneant.
daemonas vero, quos Genios et Lares possumus nuncupare,
ministros deorum arbitra[n]tur custodesque hominum et
interpretes, si quid a diis velint. nec sane omnia referenda
esse ad vim fati puta[n]t, sed esse aliquid in nobis et in
fortuna esse non nihil. et fortunae quidem inprovidos
casus ignorari a nobis fatetur. instabile enim quiddam et
incurrens intercedere solere, quae consilio fuerint et medi-
tatione suscepta, quae non patiatur meditata ad finem
venire. et tunc quidem cum inpedimentum istud utiliter
provenit, res illa felicitas nominatur; at ubi repugnationes
207 istae nocivae erunt, infelicitas dicitur. omnium vero ter-
renorum nihil homine praestabilius providentia dedit.

---

13 cf. Plat. Symp. 202 E 41 cf. Plat. de legg. IV, 709 A—B

---

7 edidit *ed. Rom.*: sedit ω (sedit *induct. et* fecit *ss. m. post.* B) 8 dispositionem δ: dispositionum α 10 susceptam (*una litt., fort.* i, *eras.*) B | provinciam *scripsi*: providentiam ω | dii (s *eras.*) B 11 caelitus *ex* caelestus *corr. per ras.* B: caelestis *cett.* (caelestibus a mortalibus F) scelestis A 13 daemonas *in* daemones *corr. m. post.* B | possum' (' *add. m. antiq.*) B 14 arbitratur *Scaliger*: arbitrantur ω (*sed* n *del.* V²) 16 putat *ed. Rom.*: putant ω (*sed* n *del.* V²) 18—21 instabile enim quiddam — ad finem venire: *haec quidem aliquatenus explicari possunt, si pronomen demonstrativum* iis *cum* intercedere *subaudias; displicet tamen* meditata *post* meditatione suscepta 19 intercidere P² 20 quae: que (*sed del. m. 2*) V quod AP² 22 provenerit F | repugnationes A *et vulg.*, repugnatione *cett.*

Quare idem bene hominis pronuntia[n]t esse animam XIII
corporis dominam. at enim cum tres partes animae
ducat esse, rationabilem, id est mentis optumam portionem, hanc ait capitis arcem tenere, irascentiam vero
procul a ratione ad domicilium cordis deductam esse obsequique eam in loco respondere sapientiae, cupidinem
atque adpetitus, postremam mentis portionem. infernas
abdominis sedes tenere ut popinas quasdam et latrinarum
latebras, deversoria nequitiae atque luxuriae; relegatam
vero idcirco longius a sapientia hanc partem videri, ne
inportuna vicinitate rationem consulturam desuper cunctorum saluti in ipsa cogitationum utilitate turbaret. totum
vero hominem in capite vultuque esse; nam prudentiam 208
sensusque omnis non alias quam illa parte corporis contineri.
cetera enim membra ancillari et subservire capiti, cibos
et alia subministrare, vectare etiam sublime pos[s]it⟨um⟩
ut dominum atque rectorem providentiaque eius a periculis vindicari. sed machinamenta, quibus ad sentiendas
et diiudicandas qualitates sensus instructi sunt, ibidem
erga regiam capitis constituta esse in conspectu rationis,
ut intellegendi ac persentiscendi veritas adiuvetur. 209

Sensus vero ipsi ad ea, quae sunt sensibilia, apte XIV
conposita natura intellegentiam cognatam tenent. ac primo

---

1 Plat. Tim. 69 C—70 B; de rep. IV 439 D sq.; IX 571 C—572 A; 580 D sqq. 6 Plat. Tim. 70 E 9 Plat. Tim. 44 D—45 A

---

1 hominis *Lips.*: homines ω | pronuntiat *Scal.*: pronuntiant ω (*praeter* L[1]) **3** dụcat (*ut sit* dicat) B **5** ⟨haud⟩ procul *Sinko, sed cf. Serv. ad Aen. X 835 et interpp. ad Bucol. VI 16* | ratione '/ (m. *ut vid., eras.*) B | obsequique (*i. e.* obsequiique) in loco (*cf. Plat. Tim. p. 70 E*: *τὴν δὲ δὴ καρδίαν . . . εἰς τὴν δορυφορικὴν οἴκησιν κατέστησαν*); *neque* obsequique et eam *ex* F *recipiendum est neque, ut vult Sinko,* obsequioque *legendum* **8** tenere A δ: teneret α (*sed* t *del.* V[2]) **11** vicinitate *Hild. et Sinko*: vicinitas et ω (et *om.* F) *conieceram* vicinitas eius | consulturam *Salm.*: consumptam ω (consumptum V consumpta F) **12** saluịti B **14** alia *Colv.* **16—17** positum ut *Oud.*: possit ut ω (possit in M posse ut *in* possuit *corr. m. 2* V) **23** cōposita (i suprascr.) (*i. e.* conpositi a; i *add. m. 2*) B

oculorum acies gemellas perlucidas et quadam luce visionis inlustres noscendi luminis officium tenere. auditionem vero aëriae naturae participem aëris nuntiis percipere sonores. iam gustatus solutiores esse sensus ideoque umidioribus et aquosis potius commodatos. tactum etiam terrenum atque corporeum solidiora quaeque contingi offendique possunt sentire. eorum etiam, quae corrupta mutantur, separata intellegentia est. in media namque regione oris nares natura constituit, quarum bifori via odor cum spiritu commeat. conversiones autem mutationesque odoratus causas dare easque de corruptis vel adustis vel mitescentibus aut madefactis sentiri, cum quidem ea, quae
210 ⟨fe⟩runtur vapore vel fumo exhalantur, † odore viis iudicium sensusque succedunt; nam res integrae et aër purus num-
211 quam eiusmodi auris inficiunt eos. sensus quidem ipsi communes nobis sunt cum ceteris animantibus. at enim hominis sollertia eiusmodi divino beneficio instructior auctiorque, quod auditus illi est visusque praestantior.

10 Plat. Tim. 66 D sq. 17 Plat. Tim. 46 E—47 B

1 perlucidas et *Goldb. (Wien. SBer. 66, 172)*: perlucidas esse ω (*sed* esse *del. et* et *ss. m. 2* B) | quidam (vel a *ss. m. 2*) B **4** sonores *ex* sonoris *corr. m. post.* B **5** commodatus B **10** mutationisque (vel e *ss. m. 2*) B | odoratus A *et vulg.*: odoratis (vel u *ss. m. 2*) B odoratis M V[1] F (odoratus V[2]) odoratas P odoratustas L **12** mucescentibus *pro* mitescentibus *Colv.* | sentire (i *supra* e; *corr. m. fort. 2*) B **12—13** quae feruntur *scripsi*: quaeruntur B queruntur *cett.* quae vertuntur *v. Lennep* quae uruntur *Lips.* **13** odore in is F *fort.* odoratus iudicium sensusque *vel* odore sui indicium ⟨faciunt⟩ *totum locum sic refinxit Sinko*: cum quidem ea, quae cum vapore vel fumo exhalantur, odoris viis incidunt sensusque succedunt, *nimis audacter* **14** nam res integrae *scripsi*: nam ////////// (si res *supra*) stent integrae (si res, *ut vid., eras.*: si res *supra ras. et* stent in *in spat. vac. relict. add. m. post. XII s.*) B nam resistent egrae (*vel* egre *vel* aegrae *vel* aegre) *cett.* (et aer purus *inter* resistent *et* egrae *transp.* V integre *pro* egrae A) **15** auris *scripsi*: auras α aures F *om.* PL aura *Kroll* | eos PL: eo αF (et AV[2]) **17** hominis *edd. vett.*: hominum ω **18** ē *post* auctiorque *add. m. 2* B | illi *Stew*: ille ω illis *Vulc.* (*qui* hominum *retinet*)

oculis namque metitus est caelum siderumque circuitus et astrorum obitus atque ortus eorumque cum significatibus spatia conprehendit, ex quo pulcherrimus et uberrimus fons ille philosophiae profluxit. auditu vero quid homini magnificentius potuit evenire, per quem prudentiam sapientiamque condisceret numerosque orationis metiretur ac modos faceret fieretque ipse totus modulatus ac musicus? lingua et dentium vallum et ipsius osculi venustas accessit. quod quidem aliis animantibus ad explendam victus 212 necessitatem inferendasque ventri copias conparatum est, sed homini promptuarium potius rectae rationis et suavissimae orationis hoc datum est, ut, quae prudentia corde conceperit, ea sensa promat oratio.

Sed totius corporis habitus et figura membrorum alia XV condicione sunt optuma, alia longe peiora. inferiora reguntur optimatium praestantia et ipsa ministerium suggerunt victuale. pedes denique * * * umerorum tenus capiti oboediunt. at superciliorum saepes praemuniunt oculis, ne desuper proruat, quod teneras visiones mollesque perturbet. pulmones loco ac sui genere cordi plurimum consulunt, cum exardescit ira trepidansque celerioribus motibus vertex cordis ipsius madens sanguine pulmonum excipitur mollitia, siti, frigore. lienem vero iocineri non frustra esse finitimum, ut eius redundantiam participatis 213

---

4 Plat. Tim. 47 C sq. 18 cf. Cic. de nat. d. II 57, 143; Lact. de opif. dei c. 10, 4; Ambros. Hexaem. VI 9, 58 20 Plat. Tim. 70 C—D 23 Plat. Tim. 72 C

---

1 metitus est (vel metitur *ss. m. 2*) B **9** ali(i)s et exple(n)dam (*corr. m. 2*) B **11** homini F: hominis *cett.* | promptarium potitus B **12** *fort.* ⟨in⟩ hoc **14** sed totius (et *add. m. 2*) B | ei (vel et *ss. m. 2*) figura B **17** *post* denique *lacunam significavi* omniaque *pro* denique *Sinko fort.* denique ⟨ceteraque⟩ | umerorutenus B humero ruaitenus (*sic*) M humero tenus A **18** oculis (vel o *ss. in 2*) B oculos F **19** p//roruat (*una litt. eras.*) B **21** trepidansque (ans *in ras. m. 1*) B **23** iecineri B | non *ed. Rom.*: vel ω (*sed* vel ñ *ss. m. 2* B) **24** frusta B | redundantiam F: redundantia *cett*

haustibus relevet abstergeatque ea, quae sordium fuerint, purumque ac sincerum praestet, quod maxime fibris est commodum. ventrem hiris intestinorum circumplexum et nexibus inpeditum esse, ne esculenta et potulenta sese penetrarent, sed ut retenta paulisper utilitatem sui ac censum animantibus exhiberent; nam [ne] exhaustis et labentibus usque, ⟨quae⟩ inferuntur, momentis omnibus adpetendi cibi necessitas inmineret et ad hoc unum occu-
XVI
214 pari nobis dies noctesque esset necesse. visceribus ossa sunt tecta; eadem revincta sunt nervis. et tamen ea, quae sunt internuntia sentiendi, sic sunt operta visceribus, ne crassitudine sensus hebetentur. illa etiam, quae iuncturis et copulis nexa sunt, ad celeritatem facilius se movendi, haud multis sunt inpedita visceribus. denique ipsius capitis verticem specta: contectum tenui cute capillisque hirsutum videbis adversum vim frigoris et caloris. at enim illae opimae sunt partes, quas labor subigit, ut femina ipsaque sessitandi regio est. quid de cibatu ipso loquar, quem itinera ex utero manantia, fibris iecoris adiuncta, dispertiunt in cruoris habitudinem versum, ut eum ex eo loco per omnes artus natura sollers derivari

3 Plat. Tim. 73 A 9 Plat. Tim. 74 D sq. 14 Plat. Tim. 75 E et 76 C 18 Plat. Tim. 77 C — 79 A

1 fuerint F: fuerit *cett.* (*sed* n *add. m. 2* B) 2 si(n)cerum (*corr. m. 2*) B 3 hiris (vel giris *ss. m 2*) B 4 ne esculenta F: nescul(ae: ae *ss.*)enta — nesculenta (ae *ss. m. 2*, *sed* e *post eras. et* s *supra* a *adscr. m. post.*) B ne *om. cett.* | potulenta *Oud.*: poculenta ω 5 retenenta B 5—6 ac|censum B: accensum MV ac sensum PF accessum *in* ac sensum *corr.* L accessu *Oud.* 6 nam *om.* δ | ne *seclusi* | exhautis B 7 usque *om.* δ | quae *addidi* 9 essent B | vis//ceribus (u *eras.*) B 10 iecta *pro* tecta B | et tamen *ex* etiamen *corr.* B 11 internumtia B 13 facilius se movendi *Lips.*: facilius se movenda ω 14 haud *ed. Rom.*: aut ω (*om.* F) 17 opimae *Vulc.*: optumae B F obtumae MV optimae PL. 18 ipsaq; (quas *ss.*) (q; *induct.*; quas *ss. m. 2*) B 19 (i)tinera (*corr. m. 2*) B | manantia L: manentia *cett.* *fort.* meantia (*cf. p. 101, 1 et 8*) 20 ut (vel et *ss. m. 2*) B 21 dirivari MVL

faci⟨a⟩t? sed e regione cordis venarum meatus oriuntur
per pulmonum spiracula vivacitatem transferentes, quam
de corde susceperint, et rursus ex illo loco divisae per
membra totum hominem iuvant spiritu[m]. hinc illae anhe- 215
landi vices haustae redditaeque alterno modo, ne mutuis
inpediantur occursibus. venarum diversae sunt qualitates,
quas ad procreandum e regione cervicum per medullas
renum commeare et suscipi inguinum loco certum est et
† rursum venarum genitale seminium humanitatis exire.
at cum totius corporis ⟨tres⟩ dicat esse substantias, pri- XVII
mam vult videri ex igni et aqua et ceteris elementis,
aliam ex consimilibus partibus viscerum, ossiculorum, cru-
oris et ceterorum, tertiam de discrepantibus diversisque
membris, id est capite, utero et articulis disparibus. unde
et substantia, quae de simplicibus constat elementis, si
id, quod necessitate victus extrinsecus adrogatur, quomodo
congruit et generi singulorum, qualitatem corporis tem- 216
periemque custodit, et illis, quae de consimilibus, robur
auget et iis, quae inter se disparia supra diximus, pul-
chritudinem nutrit; et † simulabo aequalitas ista sicci,

6 cf. Plat. Tim. 91 A—B 10 Plat. Tim. 81 E sq.; 82 B sqq.; 84 C sqq. 14 Plat. Tim. 81 C sq.

1 faciat *ed. Rom.*: facit ω (*sed* vel a *ss. m. 2* B) 4 spiritu *Wow.*: spiritum ω | illae F: illa *cett.* | hanelandi BM 5 haustae redditaeque *ex* hauste retditaeque *corr. m. post.* B mutuis (*pr.* u *ex corr. per ras.*) B 8 incynum *pro* inguinum B 9 rursum venarum: pruritu venarum *Goldb.* curso venarum *Hild.* *fort.* pulsu earum | exhire B 10 tres *add. Brant* vel duas *inter* corporis *et* dicat *ss. m. 2* B primam *ed. Rom.*: primum ω (*sed* vel a *ss. m. 2* B) 15 *fort.* ea substantia, *sed gravius vitium in enuntiato latere suspicor* 15—16 si id (si id *in* sibi *corr. m. post.*) B 16 vinctus B 19 auget (t *ex* r *corr.*) et iis quae *recte* B: augeret iisque M augeret usque V auget usque (*vel* iisque) δ 20 simulabo equalitas B simulabo aequalitas MV simul obaequalitates P simul obaequalitatis L simul ob aequalitas F simul obaequalitas *Hild.*, *quod num rectum sit, vehementer dubito* simul aequalitas *edd. vett.*

umidi, ferventis ac frigidi sanitatem, vires speciemque largitur, sicuti illa intemperans atque inmoderata permixtio singulis universisque vitiatis animal celeri exitio corrumpit.

XVIII Tripertitam animam idem dicit: primam eius rationabilem esse partem, aliam excandescentiam vel inritabilitatem, tertiam adpetitus; eandem cupiditatem possumus nuncupare. sed tunc animanti sanitatem adesse, vires, pulchritudinem, cum ratio totam regit parentesque ei inferiores duae partes concordantesque inter se iracundia et voluptas nihil adpetunt, nihil commovent, quod inutile esse duxeri[n]t ratio. eiusmodi ad aequabilitatem partibus animae temperatis corpus nulla turbatione frangitur. alioquin invehit aegritudinem atque invalentiam et foeditatem, cum inconpositae et inaequales inter se erunt, cum iras-
217 centiam et consilium subegerit sibique subiecerit cupiditas aut cum dominam illam reginamque rationem obsequente licet et pacata cupidine ira flagrantior vicerit. sed aegritudinem mentis stultitiam esse dicit eamque in partes duas dividit. harum unam inperitiam nominat, aliam insaniam vocat; et inperitiae morbum ex gloriosa iactatione contingere, cum eorum, quorum ignarus est, doctrinam aliquis scientiamque mentitur; furorem vero pessima consuetudine et libidinosa vita solere evenire hancque insaniam nominari, quam vitiosa qualitas corporis prodit,

5 Plat. Tim. 89 E — 90 C 18 Plat. Tim. 86 B sq.

2 sicuti *Hild.*: sicum ω sicut *ed. Rom.* 3 vitatis B 8 animanti sanitatem *ex* animantis animantem *corr. m. post.* B animantis animantem MV 9 totam δ: totum α | parentemque B 10 interise B 12 duxerit *Colv.*: duxerint *codd. plerique* (*sed* n *exp.* BF) dixerint VL 13 animae temperatis δ: anima &enimperatis (&enim imperatis *corr. m. fort. 1*) B anima et enim peratis (peractis V) MV 14 invalentiam δ: valentiam α 15 irascentiam B: irascentia *cett.* 17 aut BL: autem *cett.*

18 lice&, with t written above (*corr. m. 2*) B | cupidine *unus* ς *et ed. Rom.*: cupidini *cett.* (*sed* e *ex* i *corr. m. post.*) B 25 prodit *Vulc.*: prodiit ω (*sed* prodiit B)

cum ea, quae rationi sunt parata in ipso vertice, inportunis angustiis coartantur. at enim hominem tunc esse perfectum, cum anima et corpus aequaliter copulantur et inter se conveniunt sibique respondent, ut firmitas mentis praevalentibus corporis viribus non sit inferior; corporis vero tunc nativis incrementis augetur, cum valitudinis ratio procurata salubriter modum necessarii victus nescit excedere nec valitudo obteritur magnitudine externorum 218
laborum nec pabuli sarcina inmoderatius invecti vel non, ut oportet, digesti distributique per corpus. tunc enim artus ac membra vigoris debiti modum et vires retinent, cum id, quod infertur, ad totius corporis conservationem veluti singillatim exaequatum cunctis partibus diditur. verum enimvero tunc exitium † copo * * *

LIBER II.

Moralis philosophiae caput est, Faustine fili, ut scias, 219. I
quibus ad beatam vitam perveniri rationibus possit. verum † ad beatitudinem bonorum fine ante alia contingeret ut

2 Plat. Tim. 87 D — 88 B

7 ratio *scripsi*: pat[ss]io (ss *ss. m. post. XII s.*) B potio MV¹PL portio V²F 10 degesti α | distribuitq.//// (ue *eras.*) B **13** diditur (vi *ss. m. 2*) B: dividitur *cett.* **14** exitio corrumpit (o corrumpit *in ras. m. post. XII s.*). Moralis B ex initium copo[ris] (ris *add. m. rec. in fine versus*). Moralis M exitium cōpo moralis V exitium copo moralis F *praeterea ex* B *haec enotanda sunt: in marg. sinistr.* hic secundus liber forte incipit *adscr. m 2; in marg. dext.* hic deest *al. m.; denique in marg. infer.* cum id minime fit, tunc sequi exitium corporis. Liber De Philosophia Morali. *m. rec., quae verba in edd. vett. leguntur temere interpolata totum locum sic supplevit Sinko*: verum enimvero tunc exitium co⟨m⟩po⟨sitione eorum dissoluta venit⟩ **15** faustine *ex* faustini *corr. m. 1* B **16** rationibus// (*nescio quid eras.*) possit (p *in ras.*) B **16** sqq. verum [ad] beatitudinem bonorum fine ante alia contingere put⟨o⟩ ostendam⟨que⟩ *conieci* verum ut beatitudinem bonorum fine ante alia ⟨cognito⟩ contingere t⟨e scias⟩, ostendam *Sinko alia alii* **17** beatudinem B

ostendam, quae de hoc Plato senserit. bonorum igitur
220 alia eximia ac prima per se ducebat esse, per perceptionem
cetera bona fieri existimabat. prima bona esse deum summum mentemque illam, quam *νοῦν* idem vocat; secundum
ea, quae ex priorum fonte profluerent, esse animi virtutes,
prudentiam, iustitiam, pudicitiam, fortitudinem. sed his
omnibus praestare prudentiam, secundam numero ac potestate continentiam posuit, has iustitiam sequi, fortitudinem
quartam esse. differentiam hanc bonorum esse constituit:
partim divina per se et prima simplicia duci bona; alia
hominum nec eadem omnium existimari. divina quapropter
221 ter esse atque simplicia virtutes animi, humana autem
bona ea, quae quorundam essent, quae cum corporis
commodis congruunt, et illa, quae nominamus externa,
quae sapientibus et cum ratione ac modo viventibus sunt
sane bona, stolidis et eorum usum ignorantibus esse
II oportet mala. bonum primum est verum et divinum illud,
optimum et amabile et concupiscendum, cuius pulchritudinem rationabiles adpetunt mentes natura duce instinctae
ad eius ardorem. et quod non omnes id adipisci queunt
neque primi boni adipiscendi facultatem possunt habere,
ad id feruntur, quod hominum est. secundum nec commune multis est nec [quod] omnibus similiter bonum.

3 Plat. de legg. I 631 C; cf. Diog. Laert. III 90 9 Plat. de legg. I 631 B; cf. Arist. eth. Nicom. I 8 (p. 1098 b 12 Bkk.) et Didymi Pythagorei epit. in Mullachi philos. Graec. fragm. II p. 94 12 Plat. de legg. II 661 B et D

1 de *om.* *α* **2** ducebat (vel di *ss. m. 2*) B | perceptionem *ed. Ald.*: praeceptionem *ω* perceptione *pro* per perceptionem *malit Novák* **5** ex *om.* *α* **6** se(d) (*corr. m. post.*) B **10** duci (vel dici *ss. m. 2*) B **12** humana *Scal.*: humera *ω* (vel innumera *m. 2*, aliter humana *m. rec. ss.* B numora V) **13** eaq; quorumdam essent B *fort.* eaque quorundam esse **16** sine *α* (vel sane *ss. m. 2* B) | esset B **19—20** instinctae ad eius *scripsi*: instiacta eadem eius B instinctae eadem eius *cett.* instinctae eadem ⟨ad⟩ eius *Colv.* i. e. ⟨in⟩ eius *Hild.* **21** dispiciendi *vel* adspiciendi *pro* adipiscendi *conieci* **23** quod *seclusi* neque *pro* nec quod *Sinko*

namque adpetitus et agendi aliquid cupido aut ver[b]o bono 222
incitatur aut eo, quod videatur bonum. unde natura duce
cognatio quaedam est cum bonis ei animae portioni[s], quae
cum ratione consentit. accidens autem bonum est et puta-
tur, quod corpori rebusque venientibus extrinsecus copu-
latur. et illum quidem, qui natura inbutus est ad sequen-
dum bonum, non modo sibimet ipsi natum putat, sed
omnibus etiam hominibus, nec pari aut simili modo, verum
[etiam] *** unumquemque † acceptum esse, dehinc
proximis et mox ceteris, qui familiari usu vel notitia
iunguntur.

Hominem ab stirpe ipsa neque absolute malum nec III
bonum nasci, sed ad utrumque proclive ingenium eius esse;
habere semina quidem quaedam utrarumque rerum cum 223
nascendi origine copulata, quae educationis disciplina in
partem alteram debeant emicare, doctoresque puerorum
nihil antiquius curare oportet, quam ut amatores virtu-
tum velint esse, moribus, institutis eos ad id prorsus
inbuere, ut regere et regi discant magistra iustitia. quare
praeter cetera induci ad hoc eos oportere, ut sciant, quae
sequenda fugiendaque sint, esse honesta et turpia, ⟨plena⟩
illa voluptatis ac laudis, † hactenus dedecoris ac turpitu-

6 [Plat.] epist. ad Arch. 358 A; cf. Cic. de fin. II 14, 45.

1 vero *ed. Rom.*: verbo ω 3 portioni *ed. Rom.*: partionis ω 4 cum ratione *Oud.*: curationi ω rationi *ed. Rom.* | esteputatur (esse *supra*) (*corr. m. 2*) B 7 ipsi natum *Casaubon*: intimatum ω uni natum *Rohde* 8 etiam *seclus. et lacunam signif. Goldb.* civitati *pro* etiam *Cas.*, patriae *Hild.* 9 unumquemque (*pr.* u *ex corr.*) B | acceptum *aliter alii mutaverunt* (adstrictum, conceptum, addictum, assertum, susceptum) *totum locum sic refinxit Sinko*: verum etiam ⟨apud⟩ bonum quemque acceptum esse 11 (i)unguntur (*corr. m. 1, ut vid.*) B 12 ipsa *ed. Rom.*: ipse ω 16 emicare *ex* emicari *corr. m. post.* B 17 oportere *pro* oportet *Rohde* 18 velint esse *Stew.*: vel inter se ω | moribus & institutis B 21 plena *addidi* 22 ac laudis B, *ut coniecerat Scal.*: haec laudis *cett.* | hactenus: haec vero *Scal.*, haec tamen *Hild.* haec[tenus] *Novák fort.* haec contra

dinis; honesta eadem, quae sunt bona, confidenter optare nos oportere. tria genera ingeniorum ab eo sunt con-
224 prehensa, quorum praestans et egregium appellat unum, alterum deterrimum pessimumque, tertium ex utroque modice temperatum medium nuncupavit mediocritatis huius vult esse participes puerum docilem et virum progredientem ad modestiam eundemque commodum ac venustum. eiusmodi quippe medietatis inter virtutes et vitia intercedere dicebat tertium quiddam, ex quo alia laudanda, alia culpanda essent. inter scientiam * * * validam alteram falsam pervicaciae vanitate iactatam, inter pudicitiam libidinosamque vitam abstinentiam et intemperantiam posuit, fortitudini ac timori medios pudorem et ignaviam fecit. horum quippe, quos mediocres vult videri, neque sinceras esse virtutes nec vitia tamen mera et in-
225 temperata, sed hinc atque inde permixta esse.

IV Malitiam vero deterrimi et omnibus vitiis inbuti hominis ducebat esse. quod accidere censebat, cum optima et rationabilis portio et quae etiam imperitare ceteris debet, servit aliis, illae vero vitiorum ducatrices, iracundia et libido, ratione sub iugum missa dominantur. eandem malitiam de diversis, abundantia inopiaque, con-

---

22 Plat. de rep. IV 421 E sq.; cf. de legg. V 728 E sq.; Arist. eth. Nicom. II 8 (p. 1108 b 11 Bkk.) et 6

---

8 et *ante* egregium *om.* B **6** esse participes (se particip *in ras. m. 1*) B **7** commodo (vel um *ss. m. 2*) B **8** medietatis (-is *in* -es *corr. m. post.; deinde* e *exp. et* i *ss. m. 2*) B: medietates *cett.* **9** ex $\overset{\text{quo}}{\text{eo}}$ (*corr. m. 2*) B **10** inter scientiam ⟨et inscientiam⟩ validam ⟨alteram opinionem⟩, alteram falsam *Vahlen* inter scientiam ⟨et inscientiam opinionem alteram⟩ validam, alteram falsam *Sinko* **11** pudicitiam B: prudentiam *cett.* pudentiam *Oud.* (*sed cf. p. 104, 6; 133, 3*) **15** vitia tamen mera *ed. Rom.*: vitiatummera (vel temeraria *ss. m. 2*) B vitia tum mera *vel* viciatum mera *cett.* **17** deterrimi (i *fin. vel add. vel rescript.*) B: deterrimam *cett.* **18** ducebat (*ut sit* dicebat) B **19** $\overset{\text{im}}{\text{etiamperitare}}$ (*corr. m 2*) B **20** illae δ: illa α **21** do|nantur (vel man *ss. m. 2*) B

stare. nec solum eam inaequalitatis vitio claudicare arbitratur, sed etiam incumbere <ad> dissimilitudine<m>. neque enim posse[t] cum bonitate congruere, quae a semetipsa tot modis discrepet et non solum disparilitatem sed etiam inconcinnitatem prae se gerat. tres quapropter partes animae tribus dicit vitiis urgueri: prudentiam indocilitas inpugnat, quae non abolitionem infert scientiae, sed con- 226
traria est disciplinae discendi — huius duas ab eo species accipimus, inperitiam et fatuitatem, quarum inperitia sapientiae, fatuitas prudentiae inveniuntur inimicae — iracundiam audacia; in eius comitatu[m] secuntur indignatio et incommobilitas — ἀοργησίαν sic interim dixerim —, quae non extinguit incitamenta irarum, sed ea stupore defigit inmobili. cupiditatibus luxuriam, id est adpetitus 227
adplicat voluptatum et desideriorum ad fruendum potiendumque haustus inexplebiles. ex hac manat avaritia atque lascivia, quarum altera liberalitatem coërcet, altera inmoderatius fundendo patrimonia prodigit facultates.

Sed virtutem Plato habitum esse dicit mentis optime V
et nobiliter figuratum, quae concordem sibi, quietem, constantem etiam eum facit, cui fuerit fideliter intimata,

11 sq. cf. Arist. eth. Nicom. II 7 (p. 1108a 7 Bkk.) 16 cf. Arist. eth. Nicom. II 7 (p. 1107b 8 Bkk.) 19 [Plat.] defin. 411 C sq.; cf. Plat. de rep. IV 444 D et VIII 554 E; Phaed. 93 E

1 eam L: ea *cett.* 2 sed etiam incumbere F: incumbere sed etiam *cett.* sed incumbere etiam *Hild.* | ad *add. Goldb.* | dissimilitudine ω 3 posse *Koziol*: posset ω 5—6 partes animae BVPL: animae partes MF 11 audacia; in eius *Hild.*: audaciam eius ω | comitatu *Koziol*: comitatum ω 12 *ἀοργησίαν* sic interim *scripsi*: *ΔOPTHCIANTIC* interim BV (*TIC in fine versus* B) *AOPTHCIANTIC* interim M *ΔOPTHCIANOTIC* interim PL *ἀοργησίαν νοῦ* sic interim *Goldb.* (*sed TIC* = ſic) 14 defigit *Stew.*: deficit ω 15 voluptatum LF: voluptatem *cett.* | adfruendo (vel um *ss. m. 2*) B 17 coerceat (*sed punct. post eras.*) B 18 facultates *edd. vett.*: facultatem ω 19 virtutem *Flor.*: virtutes ω 20 figuratum (vel tae *ss. m. 2*) B | quietem đ (*in fine versus* đ *ex* q? *m. post.*; đ = deest, *ut vid.*) B quietum *Vulc.* (*sed cf. Prisc.* VI 56, 58) 21 constanter (vel tem *ss. m. 2*) B constant̃ MV

non verbis modo sed factis etiam secum et cum ceteris congruentem: haec vero proclivius, si ratio in regni sui solio constituta adpetitus et iracundias semper [in]domitas et in frenis habet ipsaeque ita oboediunt, ut tranquillo ministerio fungantur. unimodam vero esse virtutem, quod bonum suapte natura adminiculo non indiget, perfectum autem quod sit, solitudine debet esse contentum. nec solum ⟨ae⟩qualitas verum etiam similitudo cum virtutis ingenio coniungitur: ita enim secum ex parte omni congruit, ut ex se apta sit sibique respondeat. hinc et
228 medietates easdemque virtutes ac summitates vocat, non solum quod careant redundantia et egestate, sed quod in meditullio quodam vitiorum sitae sint. fortitudo quippe circumsistitur hinc audacia, inde timiditate: audacia quidem confidentiae fit abundantia, metus vero vitio defi-
VI cientis audaciae. virtutum perfectae quaedam, inperfectae sunt aliae. et inperfectae illae, quae in omnibus beneficio solo naturae proveniunt vel quae solis disciplinis traduntur et magistra ratione discuntur; eas igitur, quae ex omnibus constent, dicemus esse perfectas. inperfectas virtutes semet comitari negat; eas vero, quae perfectae sint, individuas sibi et inter se conexas esse ideo maxime arbitratur, quod ei, cui sit egregium ingenium, si accedat industria, usus etiam et disciplina, quam dux rerum ratio fundaverit, nihil relinquetur, quod non virtus administret. virtutes omnes cum animae partibus dividit et illam virtutem, quae ratione sit nixa et est spectatrix diiudicatrix-

---

2 hoc *pro* haec *vulg.* 3 et *ed. Rom.*: est ω (vel et *ss. m. 2* B) *om.* F | domitas *ed. Rom.*: indomitas ω 4 ipseque (ti *ss.*) (vel i *ss. m. 2*) B 5 fugantur B 6 natura *ed. Rom.*: natur(a) (*corr. m. 1, ut vid.*) B naturae *cett.* 7 contemptum (vel n *ss. m. 2*) B 8 aequalitas *Reiz.*: qualitas ω 15 fit *ed. Rom.*: sit ω | vitio *Colv.*: vitium ω 19 magistra ratione: magis ratione// (m *eras.*; vel magistra *ss. m. 2, quod recepit Vulc.*) B magis ratione *cett.* (gis *pro* magis V) 21 sint (u *ss.*) (*corr. m. 2*) B 24 ausus B 27 diiudicatrixque F: que *om. cett.* (diiudicatrix somnium B)

que omnium rerum, prudentiam dicit atque sapientiam. quarum sapientiam disciplinam vult videri divinarum humanarumque rerum, prudentiam vero scientiam esse intellegendorum bonorum et malorum, eorum etiam, quae media dicuntur. in ea vero parte, quae iracundior habeatur, fortitudinis sedes esse et vires animae nervosque ad ea inplenda, quae nobis severius agenda legum inponuntur 229
imperio. tertia pars mentis est cupidinum et desideriorum, cui necessario abstinentia comes est, quam vult esse servatricem convenientiae eorum, quae natura recta pravaque sunt in homine. ad placentiam, ad mediocritatem libido flectitur actusque voluptarios ratione huius dicit ac modestia coërceri. per has tres animae partes quartam vir- VII
tutem, iustitiam, aequaliter dividente<m> s<e> scientiamque causam esse dicit, ut unaquaeque po<r>tio[ra] ratione ac modo ad fungendum munus oboediat. hanc ille heros modo iustitiam nominat, nunc universae virtutis nuncupatione conplectitur et item fidelitatis vocabulo nuncupat; sed

2 Plut. de plac. philos. init. *οἱ μὲν οὖν Στωικοὶ ἔφασαν τὴν μὲν σοφίαν εἶναι θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων ἐπιστήμην*: cf. Cic. de fin. II 12, 37; de off. I 43, 153; II 2, 5; Tusc. disp. IV 26, 57; V 3, 7; Sen. epist. 89, 4   3 Cic. de nat. d. III 15, 38; de invent. II 53, 160; Diog. Laert. VII 92; Sext. Emp. Pyrrh. III 271; Stob. ecl. eth. II 102 (t. II, p. 59, 4 Wachsm.); cf. [Plat.] defin. 411 D; Arist. eth. Nicom. VI 5 (p. 1140 b 4 Bkk.); Cic. de fin. V 23, 67; de off. III 17, 71; ad Herenn. III 2, 3   6 cf. Plat. de rep. III 411 B   9 Plat. de rep. IV 432 A; cf. [Plat.] defin. 411 E et 412 B   13 Plat. de rep. IV 433 A sqq.; [Plat.] defin. 411 D   16 cf. Plat. de legg. I 630 C; Arist. eth. Nicom. V 1—4

5 digu(c)ntur (*corr. m. post.*) B   11 ad placentiam ad mediocritatem BMVPL at placentiam ac mediocritatem F ad placentiam ac mediocritatem *vulg.* ad placentiam *susp.; fort.* ac per hanc (phāc) etiam   12 diciat ac B   12—13 discit . . coercere *Sinko* (libidinem *pro subiecto sumens*)   14 dividentem se *Oud.*: dividentes *ω*   15 portio ratione *scripsi* (ratione ac modo = *κατὰ λόγον καὶ μέτρον*, *ut ap. Cic. pro Quinct.* 7, 28: modo et ratione, *et supra c. 1, p. 104, 15*: cum ratione ac modo): potiora ratione B potiore ratione *cett.* propria ratione *Sinko*   18 nuncupant B

cum ei, a quo possidetur, est utilis, benivolentia est, at cum foras spectat et est fida speculatrix utilitatis alienae, iustitia nominatur. est et illa iustitia, quae quartum ⟨in⟩ vulgata divisione virtutum locum possidet, quae cum religiositate, id est ὁσιότητι, copulatur. quarum religiositas deum honori ac suppliciis divinae rei mancipata est, illa vero hominum societatis et concordiae remedium atque
230 medicina est. duabus autem aequalibus de causis utilitatem hominum iustitia regit, quarum est prima numerorum observantia et divisionum aequalitas et eorum, quae pacta sunt, symbole, ad haec ponderum mensurarumque custos et communicatio opum publicarum; secunda finalis est et veniens ex aequitate partitio, ut singulis in agros dominatus congruens deferatur ac servetur, bonus optimis † optior, minor non bonis, ad hoc bonus quisque natura et industria in honoribus et officiis praeferatur, pessimi cives luce careant dignitatis. sed ille iustus in deferendo honore ac servando modus est ei, qui est suffragator bonorum et malorum subiugator, ut semper in civitate emineant, quae sunt omnibus profutura, iaceant et subiecta sint cum suis auctoribus vitia.

VIII Quod facilius obtinebitur, si duobus exemplis instruamur: unius divini ac tranquilli ac beati, alterius inreligiosi et inhumani ac merito intestabilis, ut pessimo quidem alienus et av⟨er⟩sus, a⟨t⟩ recta vivendi ratione ⟨pro⟩
231 facultate[s] sua[s] divino illi et caelesti bonus similior esse

8 cf. Arist. eth. Nicom. V 5 (p. 1130 b 30 Bkk.) 15 Plat. de rep. III 413 E sq.

1 a quo F: quo B quod *cett.* 2 aliena (e *eras.*) B 3 in *addidi* 5 ὁσιότητι *ed. Iunt. II*: *OCIOTHTA* ω (OSYOTeTa F) 11 symbole *vulg.*: symbolae ω (*sed* e exp. B) 14 adeferatur (*corr. m. post.*) B 14—15 bonus α F: bonis PL bonus bonis, optimis potior *Goldb.* bonis optima portio *Hild.*, *quod prob. Sinko* 15 minor b non bonis α (b *exp.* B) 25 aversus *ed. Iunt. II*: ausus ω | at recta *scripsi*: a recta ω (arrecta V) 25—26 ⟨pro⟩ facultate sua *scripsi*: facultates suas ω

velit. hinc rhetoricae duae sunt apud eum partes, quarum una est disciplina contemplatrix bonorum, iusti tenax, apta et conveniens cum secta eius, qui politicus vult videri; alia vero adulandi scientia est, captatrix verisimilium, usus nulla ratione collectus — sic enim *ἄλογον τριβὴν* elocuti sumus —, quae persuasum velit, quod docere non valeat. hanc *δύναμιν τοῦ πείθειν ἄνευ τοῦ διδάσκειν* definivit Plato, quam civil⟨itati⟩s articuli umbram, id est imaginem, nominavit. civilitatem, quam *πολιτικὴν* vocat, 232 ita vult a nobis intellegi, ut eam esse ex virtutum numero sentiamus. nec solum agentem atque in ipsis administrationibus rerum † spectari ab ea universae discerni, nec solum providentiam prodesse civilibus rebus, sed omnem sensum eius atque propositum fortunatum et beatum statum facere civitatis. haec eadem utilitati animae pro- IX curat duobus modis; altera namque legalis est, iuridicialis altera. sed prior consimilis est exercitationi, per quam pulchritudo animae et robur adquiritur, sicut exercitatione valitudo corporis gratiaque retinetur; iuridicialis illa medi-

---

3 Plat. Gorg. 463 B sq. et Phaedr. 260 A   5 Plat. Gorg. 501 A; cf. 465 A   7 Plat. Gorg. 454 D — 455 A et 458 E   8 Plat. Gorg. 463 D; cf. Quint. inst. or. II 15, 25 et Amm. Marc. XXX 4, 3   15 Plat. Gorg. 463 A — 465 D

---

5 *ἄλογον τριβὴν* elocuti *ed. Iunt. II*: *ΑΛΟΓΟΝΤΡΗΒΗΝ*e locuti B *et sic fere cett.*   6 per|uasum B   7 *δύναμιν — διδάσκειν ex cuiusdam (Merceri?) coniectura Flor.*: *ΔΥΝΑΜΕΙΝΤΟΤΗΘΙΝΔΕΦΤΤΟΥ ΔΑCΚΕΙΝ* B *et sic fere cett.* (DYNaMeINTOTe DIN DefITOI DASKeIN F)   8 civilitatis *Kroll* (*ex Amm. Marc.* XXX 4, 3) *et ego* (*e Quintil.* II 15, 25): civilis ω | particulae *pro* articuli *Lips.* (*cf. Quintil et Amm. Marc. ll. ll.*)   9 *πολιτικὴν edd.*: politicen BM POIITIKeN F *mendose cett.*   12 spectari ab ea universae (universe ML) discerni ω (spectari ab ea et discerni universa F) spectari *** ab ea universa et discerni *Goldb.*, *qui* sed provideri *vel simile aliquid excidisse arbitratur* *totum locum per traiectionem sic refinxit Sinko*: non solum agentem providentiam prodesse civilibus rebus atque in ipsis administrationibus rerum spectari ab ea universa et discerni, sed omnem sensum eius etc.   15 statum *ed. Rom.*: satis ω | civitatis B civitati F

cinae par[s] est, nam morbis animae medetur sicut illa 233 corporis. has disciplinas vocat plurimumque earum curationem commoditatis adferre profitetur. harum imitatrices esse [coquinam et unguentariam. sed] artem sophisticam professionemque iuris blandas et adsentationum inlecebris turpes profitentibus, inutiles cunctis. quarum sophisticam coquinae coniungit; nam ut illa medicinae professione interdum opinionem inprudentium captat, quasi ea, quae agit, cum morborum medela conveniant, sic sophistice imitata iuridicialem statum dat opinionem stultis, quasi iustitiae studeat, quam iniquitati favere constat. unguentariam vero professio[nes] iuris imita[n]tur; nam sicut illa remedio ⟨dum⟩ vult esse, per quod species corporibus ac valitudo serventur, non modo utilitatem corporum minuit, sed robur etiam viresque frangit et verum colorem ad 234 desidiam sanguinis mutat, sic haec [in]scientiam imitata iuris simulat quidem virtutem se animis augere, enervat aut⟨e⟩m, quod in illis nativae fuerit industriae. virtutes eas doceri et studeri posse arbitrabatur, quae ad rationabilem animum pertinent, id est sapientiam et prudentiam. et illas, quae vitiosis partibus pro remedio resistunt, id est fortitudinem et continentiam, rationabiles quidem esse, sed superiores virtutes pro disciplinis haberi; ceteras, si perfectae sunt, virtutes appellat, si semiperfectae sunt, non

---

1 par *Salm.*: pars ω | ille B 4 coquinam et unguentariam sed *seclusi* | sed et artem P, *quod prob. Sinko* 5 blandas *Kroll*: blandam ω | inlecebras F 7 coniungit nam ut illa medicinae *om.* α 8 inprudentium B: inprudentiam *cett.* 9 sophistice *ed. Rom.*: sophistice ne α sophisticen δ 12 professio iuris imitatur *scripsi* (*cf. Oud.*): professiones (professiores B) iuris imitantur ω 13 dum *addidi Oudendorp. secutus* 14 serventur et non F 15—16 ad desidiam δ: ac desideriam B ad desiderium M ad desideria V 16 scientiam *Vulc.*: inscientiam ω 17 enervat autem *Vulc.*: enervata ut ω

18—19 doceri et studeri δ: doceri(t)estudii// (t *add. m. 2, ut sit* te; studiis *an* studiri *an* studin *fuerit dubium*) B doceri studere M studeri doceri V 22 esse sed *Vulc.*: essed B esset MV esse δ *totius loci (v. 20—24) interpunctionem correxit Sinko*

illas quidem disciplinas vocandas esse censet, sed nec in totum existimat disciplinis alienas. iustitiam vero, quod trinis animae regionibus sparsa sit, artem vivendi ac disciplinam putat et nunc docilem esse, nunc usu et ex- 235 periendo provenire.

Bonorum autem quaedam sui gratia adserit adpetenda, X ut beatitudinem, ut bonum gaudium; alia non sui, ut medicinam; alia et sui et alterius, ut providentiam ceterasque virtutes, quas et sui causa expetimus ut praestantes per se et honestas et alterius, id est beatitudinis, qui virtutum exoptatissimus fructus est. hoc pacto etiam mala quaedam sui causa fugitanda sunt, alia ceterorum, pleraque et sui et aliorum, ut stultitia et eiusmodi vitia, quae et sui causa vitanda sunt et eorum, quae accidere ex his possunt, id est miseriae atque infelicitatis. eorum, quae adpetenda sunt, quaedam absolute bona dicimus, quae semper atque omnibus, cum adsunt, invehunt commoda, ut virtutes, quarum beatitas fructus est, alia quibusdam nec cunctis vel perpetuo bona, ut vires, valitudo, divitiae et quaecumque corporis et fortunae sunt. pari pacto et eorum, quae declinanda sunt, quaedam omnibus ac semper videri mala, quando nocent atque obsunt, ut sunt vitia et infortunia, quaedam aliis nec ea semper nocere, ut aegritudinem, egestatem et cetera. XI sed virtutem liberam et in nobis sitam et nobis voluntate adpetendam; 236 peccata vero esse non minus libera et in nobis sita, non tamen ea suscipi voluntate. namque ille virtutis spectator cum eam penitus intellexerit bonam esse

6 Plat. de rep. II 357 B — D

1 censet, sed: cense^{t}d (*corr. m. 2*) B | nec F: non *cett.* (*om.* M) 4 putant B 10 beatitudinis, qui: beatitudinisque B 13 ut: aut B 15 infelicitates B 18 ut δ: et α (*sed* et *exp. et* ut *ss. m. 2*) B | beat'itas (*corr. m. fort. 2*) B 19 ut: aut B 20 divitiae *ex* divitia *corr. m. post.* B 23 obsunt VF: obsint BMPL (*sed* i *exp. et* u *ss. m. 2* B) *fort.* noceant atque obsint

et benignitate praestare, ad eam adfectabit profecto et sectandam existimabit sui causa; ut item ille, qui senserit vitia non solum turpitudinem existimationi invehere, sed nocere alio pacto fraudique esse, qui potest sponte se ad eorum consortium iungere? sed si ad eiusmodi mala pergit ac sibi usuram eorum utilem credit, deceptus errore et imagine boni sollicitatus quidem, sciens vero ad mala praecipitatur. discrepes quippe a communi sententia, si non quidem ignores, quid pauperiem ac divitias intersit, et, cum haec in proclivi sita sint nec pauperies honestatem vel turpitudinem divitiae adlaturae sint, si egestatem rerum victui necessariarum copiis praeferas, ineptire videaris; et adhuc illud absurdius, si quis sanitatem corporis spernat eligens morbos; sed illud postremae dementiae est, cum, qui virtutis pulchritudinem oculis
237 animae viderit utilitatemque eius usu et ratione perspexerit, non ignarus, quantum dedecoris atque incommodi adipiscatur ex participatione vitiorum, tamen addictum se velit vitiis.
XII corporis sanitatem, vires, indolentiam ceteraque eius bona extraria, item divitias et cetera, quae fortunae commoda ducimus, ea non simpliciter bona nuncupanda sunt. nam si quis ea possidens usu se abdicet, ea illi inutilia erunt; si quis autem † eius usum converterit ad

---

1 adfectabit *ed. Rom.*: affectavit *codd. plerique* (*sed* vel bit *ss. m. 2* B) affectandam F 2 existimabit *ed. Rom.*: existimavit ω (*sed* vel bit *ss. m. 2* B) | ut *vulg.*: aut ω (*sed* a *exp* B) at F 4 pactu (u *exp. et* vel o *ss. m. 2*) B 7 nesciens *pro* sciens *Kleist* (*cur non* insciens?) 8 a: ea B 9 inter *ante* pauperiem *add m. 2* B *et ita vulg.* quid inter pauperiem ac divitias sit *Goldb. conl. Gell. V 18, 7* 10 sitas B 13 videaris (a *in ras.*) B | si qui(s) (*corr. m. post.*) B 15 est cum *ed. Rom.*: est eum ω (eum est V) 17 incommod[adi]ipiscatur (adi *ss. m. 2*) B incommodi adipiscatur M incommodi apiscatur V 18 ex *ed. Rom.*: et ω (*sed* ex *ss. m 2* B) *om* F 19 corporis *scripsi* (*et item Sinko*): corporum ω | indolentia B 20 eiusmodi *pro* eius *ed. Rom.* 23 inutili(a) (a *add. m. post.*) B | eius usum *corruptum* eorum usum *ed. Rom.* eius ⟨modi⟩ usum *Sinko*

malas artes, ea illi etiam noxia videbuntur † vitiis erit, qui ea possidet, haberi haec etiam obit. unde colligitur simpliciter bona haec dici non oportere, ut ea etiam, quae sunt * * *, morbos atque pauperiem ceteraque * * * existimari oportet. nam qui tenuis est, si modificetur in sumptibus, nullam noxam ex eo sentiet et, qui recte pauperie sua utitur, non solum nihil capiet incommodi, verum ad tollenda cetera melior ac praestantior fiet. si igitur nec habere pauperiem neque eam ratione regere contrarium est, paupertas per se malum non est. voluptatem vero neque bonum esse absolute neque simpliciter malum, sed eam, quae sit honesta nec pudendis rebus sed 288 gloriosis actibus veniat, non esse fugiendam, illam vero, quam aspernetur natura ipsa turpi delectatione quaesitam, vitari oportere censebat. sollicitudinem et laborem, si naturabiles essent et ab ipsa virtute descenderent et essent pro aliqua praeclara administratione susceptae, adpetibiles ducebat esse, sed si adversum naturam turpissimarum ⟨rerum⟩ causa gignerentur, malas intestabilesque esse. non sola † vitia sed voluntate accidere animis et venire corporibus, sed esse medium quendam statum, qualis est, cum abest tristitia nec tamen laetitiam adesse sentimus.

---

1 vitiis erit qui ω (*sed* que *pro* qui V) vitiisque subiectus erit qui *interpolavit* F *totum locum sic refinxit Sinko*: divitiasque ei, qui eas possidet, habere [haec] etiam oberit | ⟨et⟩ haberi haec etiam oberit *Koziol* ⟨ut⟩ haberi haec etiam obsit *Goldb.* (*uterque lectionem codicis* F *supra memoratam recepit*) 3 eaetiam B 4 *lacunam signif. Goldb., cui contraria excidisse videtur*; vulgo mala *supplet Sinko* | morbos atque *Goldb.*: morbosa quae (*vel* que) ω | *lacunam signif. Goldb., qui* haud simpliciter mala *addendum putat*; mala non *supplet Sinko* 5 nam qui *ed. Rom.*: namque ω (nam quae B) 8 ad tolle$^{\text{ra}}$nda (ra *ss. m. 2*) B | melior ac praestantior *scripsi*: melior// (a *eras.*) $^{\text{atque}}$cum (*corr. m. 2*) praest. B meliora cum praest. MV meliora tum praest. δ melior atque praest. *vulg.* **10** voluntatem B 14 spernetur B 19 rerum *add. ed. Rom* (*cf. de mundo c. 31, p. 167, 11*) **20** tristia et voluptates *pro* vitia sed voluntate *Kroll* | *fort.* evenire (*cf. p. 117, 27*)

XIII Ex his, quae in nobis sunt, primum bonum atque laudabile est virtus, bonum studenti. ideo honestum appellari oportet; solum quippe quod honestum est, bonum ducimus, ut e[s]t malum turpe; ac merito, quod turpe est, bonum non potest esse. amicitiam ait sociam eamque consensu consistere reciprocamque esse ac delectationis vicem reddere, quando aequaliter redamat. hoc amicitiae commodum provenit, cum amicus eum, quem diligit, pariter ac se cupit prosperis rebus potiri. aequalitas ista non aliter provenit, nisi similitudo utroque parili caritate conveniat. nam ut pares paribus inresolubili nexu iunguntur, ita discrepantes et inter se disiuncti sunt nec
239 aliorum amici inimicitiarum autem vitia gignuntur ex malivolentia per dissimilitudinem morum et distantiam vitae et sectas atque ingenia contraria. alia etiam amicitiae genera dicit esse, quarum pars voluptatis gignitur causa, pars necessitatis. necessitudinum et liberorum amor naturae congruus est, ille alius abhorrens ab humanitatis clementia, qui vulgo amor dicitur, est adpetitus ardens, cuius instinctu per libidinem capti amatores corporum in eo, quod viderint, totum hominem putant. eiusmodi calamitates animarum amicitias idem appellari vetat, quod nec mutuae sint nec reciprocari queant, ut ament ⟨at⟩que

2 cf. Sen. de benef. VII 2, 1 5 Plat. Lys. 214 A sq.; Symp. 195 B; Gorg. 510 B; Stob. ecl. eth. II 130 (t. II, p. 74, 3 Wachsm.)

4 ducimus BF: dicimus *cett.* | et *vulg.*: est ω 5 boni *ante* amicitiam *addendum censet Sinko* | amicitia B 6 dilectionis *pro* delectationis *Sinko* (delectionis L) 7 redamat B: reclamat *cett.* | amatus *post* redamat *addendum censet Koziol* quando ⟨amans⟩ aequaliter redamat⟨ur⟩ *Rohde* 8 commodum (*i. e.* emolumentum) *scripsi*: commodo ω 10 in utroque *vulg.* utrobique *Sinko, sed nihil mutandum*: utroque *adverbium est* (= in utrumque; *cf. Cic. Parad.* 3, 2, 24) 17 necessitudinum F: necessitudinem *cett.* 19 arens BV 23 sint *Wow.*: sunt ω (*sed* sunt, *ut fiat* sint B) 23 sqq. ament atque redamentur *scripsi*: amentque redim(a)entur (a *ss. m. 1, ut vid.*) B ament quae redimantur *cett.* ament qui redamantur *Rohde, non recte*

redamentur, nec constantia illis adsit et diuturnitas desit amoresque eiusmodi satietate ac paenitentia terminentur. Plato tres amores hoc genere dinumerat, quod sit unus XIV divinus cum incorrupta mente et virtutis ratione conveniens, non paenitendus; alter degeneris animi et corruptissimae voluptatis; tertius ex utroque permixtus, mediocris ingenii et cupidinis modicae. animas vero fusciores inpelli cupidine corporum unumque illis propositum esse, ut eorum usura potiantur atque eiusmodi voluptate et delectatione ardorem suum mulceant. illas vero, ⟨quae⟩ facetae et urbanae sint, animas bonorum deamare et studere illis factumque velle, uti quam plurimum potiantur bonis artibus et meliores praestantioresque reddantur. 240 medias ex utroque constare nec delectationibus corporum prorsus carere et lepidis animarum ingeniis capi posse. ut ille igitur amor taeterrimus et inhumanissimus atque turpis non ex rerum natura sed aegritudine corporali morboque colligitur, sic ille divinus deorum munere beneficioque concessus adspirante caelesti cupidine in animos hominum credatur venire. est amoris tertia species, quam diximus mediam, divini atque terreni proximitate collectus nexuque et consortio parili copulatus et ut rationi propinquus est divinus ille, ita terrenus ille cupidini iunctus est ⟨et⟩ voluptati.

XV Culpabilium autem virorum quattuor formae sunt, quarum prima honoripetarum est, sequens abstemiorum, tertia popularis, tyrannicae dominationis est ultima. evenit quapropter primum illud mentibus vitium, cum vigor

25 Plat. de rep. VIII 544 A — 569 C

1 adsit F: absit *cett.* 2 satietate *ed. Rom.*: sanitate ω 3 quorum *pro* quod *Sinko, perperam* 9 potiatur α (potiātur B, *sed lineol. post. add.*) 10 illas B, *ut coniecerat Oud.*: illae *vel* ille *cett.* | quae *add. Oud.* 11 faceteet (ss *ss. m. post.*) B | sint (n *ex* u *corr. m. 1*) B 19 congessus B 20 credatur (i *ss.*; *corr. m. 2*) B 24 et *add. Koziol* 26 honoripetarum *ed. Rom.*: honori poetarum ω (*sed* o *eras.* B)

241 rationis elanguerit superiorque et robustior fuerit animae
portio, in qua ira dominatur. ⟨at quae⟩ ὀλιγαρχία dicitur,
ea sic nascitur, cum propter pessimum pastum eius partis
animae, quae ex cupiditatibus constat, non solum rationa-
bil⟨itat⟩is et irascentiae loca possidentur sed etiam eius
quae non † necessarias cupidine sunt. hunc talem Plato
lucricupidinem atque accipitrem pecuniae nominavit. qua-
litas popularis existit, cum indulgentia cupidines roboratae
non solum iustis desideriis exardescunt, sed sibi etiam
quasi obviae atque occursantes et illam consiliariam et
illam alteram iratiorem animam condicionibus suis pres-
serint. tyrannidis genus ex luxuriosa et plena libidinis
242 vita, quae ex ⟨in⟩finitis et diversis et inlicitis voluptatibus
XVI conflata mente tota dominatur. qui sit autem pessimus,
eum non solum turpem et damnosum et contemptorem
deorum et inmoderatum et inhumanam atque insociabilem
vitam ait vivere, sed nec cum proximis secumve congruere
atque ideo non a ceteris modo verum etiam a se discre-
pare nec aliis tantum sed sibi etiam inimicum esse et id-
circo hunc talem neque bonis nec omnino cuiquam nec
sibi quidem amicum esse. sed eum pessimum videri, quem
nulla malignitatis superlatio possit excedere. hunc talem
numquam in agendis rebus expedire se posse non solum
propter inscientiam, sed quod ipse etiam sibimet sit ignotus

---

6 cf. Plaut. Trin. 100; Pers. 409 17 Plat. Lys. 214 C

---

2 at quae *add. Oud.* et quae *unus* ς, *quod prob. Sinko* 4 rationabilitatis *Koziol*: rationabilis ω 5 sed etiam eius *scripsi*: sed eius etiam ω (*sed cum traiect. signis* B) 6 necessaria cupidine δ *locus a vv. dd. frustra temptatus* 6—7 Plautus *pro* Plato, turpilucricupidum *pro* lucricupidinem *Skutsch* (*Arch. f. lat. Lex. XII 200*) lucricupidum *Flor.* lucricupidonem *Sinko* 8 roboratae *Goldb.*: laboratae ω

9 sibi *scripsi*: is α his δ (is *natum est ex* $\overset{i}{s}$ *i. e.* sibi *male intellecto*) 10 quasi *Oud.*: quae *vel* quo *codd.* (qui M) 12 genus *Vulc.*: tenus ω 13 infinitis *Wow.*: finitis ω 14 autem: aut B

et quod malitia perfecta seditionem mentibus pariat inpediens incepta eius atque meditata consilia nec permittens quicquam eorum, quae volet. pessimo quapropter deterrimoque non ea tantum vitia, quae contra naturam sunt, pariunt exsecrabilitatem, ut est invidentia, ut est de alienis incommodis gaudium, sed etiam quae natura non respuit, voluptatem dico atque aegritudinem, desiderium, 243
amorem, misericordiam, metum, pudorem, iracundiam idcirco autem hoc evenit, quod inmoderatum ingenium, in quaecumque proruerit, modum non habet atque ideo semper ei aut deest aliquid aut redundat. hinc eiusmodi homini est amor omni tenore corruptus, quod non solum effrenatis cupiditatibus et inexplebili[s] siti haurire avet omnia genera voluptatis, sed quod ipso etiam formae iudicio inrationabili errore distrahitur ignorans veram pulchritudinem et corporis effetam et enervem et fluxam cutem deamans, nec saltem coloratos sole aut exercitatione solidatos sed opacos umbra vel desidia molles et cura nimia ⟨e⟩medullatos artus magni facit.

XVI

Non sponte grassari malitiam multis modis constat 244
namque iniuriam inordinatam passionem et aegritudinem mentis esse ait. unde ad delinquendum arbitratur homines non sponte ferri. quis enim tantum mali voluntate susci-

---

16 Plat. Phaedr. 239 C   20 Plat. Prot. 358 C et Gorg. 466 D—468 D

---

1 seditionem F *ex corr.*: seditionum *cett.* *post* seditionum *lacunam signif. Goldb.*; vim *suppl. Brakman* 2 permit(t)ens (*corr. m. fort. 1*) B 4 contra *Goldb.*: secundum ω | naturā (*sed lineolam post. add., ut vid.*) B 10 modum F: modo *cett.* (*sed* ū *ss. m. 2* B) 11 deest · est B 12 homini est amor *scripsi*: homini si amor ω (hominis iamor B) hominis amor *ed. Rom.* 13 inexplebili *Colv.*: inexplebilis α inexplicabilis δ (inexplicabili F) | avet *ed. Rom.*: habet ω 14 ipso B: *om. cett.* 18 sed *Bosscha*: et ω | umbra F: umbras *cett.* | desideria α | et *scripsi* (*et item Sinko*): sed ω 19 emedullatos *Oud.*: medullatos ω | artos B 22 unde ad delinquendum *unus* ς: undeliquendum B uri deliquendum M unde delinquendum V unde liquendum δ (unde liquido F)

peret, ut in optima mentis suae parte scelus et flagitium sciens veheret? cum igitur possessio mali ab inprudentibus capitur, usum eius et actiones oportet ab ignorantibus sustineri idcircoque peius est ⟨nocere⟩ quam noceri, quod enim his rebus nocetur, quae sunt viliores, corporis et externis, quae vel inminui possunt vel fraudibus interire, inlaesis potioribus, quae ad ipsam attinent animam. sed nocere longe peius esse ex eo intellegi potest, quod animi[s] bonis eo vitio pernicies infertur plusque sibi obest, qui alium cupit perditum, quam illi nocet, adversum quem talia machinatur; et cum nocere alteri malorum omnium maximum sit, multo gravius, si, qui nocet, habeat inpune, graviusque est et acerbius omni supplicio, si noxio inpunitas deferatur nec hominum interim animadversione plectatur, sicut gravius est acerbissimorum mor-
245 borum carere medicina, medentes fallere nec uri aut secari eas partes, quarum dolore incolumitati residuarum
XVIII partium consulatur. quare ut optumi medici conclamatis desperatisque corporibus non adhibent medentes manus, ne nihil profutura ⟨cu⟩ratio doloribus spatia promulget, ita eos, quorum animae vitiis inbutae sunt nec curari queunt medicina sapientiae, e[o]mori praesta[n]t. namque eum, cui non ex natura nec ex industria recte vivendi studium

---

2 Plat. Gorg. 469 A — 475 E 11 Plat. Gorg. 476 A — 479 E 18 Plat. de legg. V 735 E; cf. XII 941 D 22 Plat. Politic. 308 E — 309 A

4 peius *ed. Rom.*: prius ω | nocere *add. Vulc.* 8 ex eo *Rohde, qui et recte verba interpunxit*: ex c̣ọ [quo] (*corr. m. 2*) B ex quo *cett.* 9 animi *Rohde*: animis ω 11 cum nocere δ: cum noceri B cō nocere M connocere V 12 maximum *Wow.*: noxium ω ⟨maxime⟩ noxium *Goldb.* | sit *ed. Rom.*: fit ω (*sed* vel sit *ss. m. 2* B) *fort.* ⟨sit⟩, fit *vel* gravius ⟨s̄t⟩, si 15 sicut F: si quid *cett.* 17 secari (i *in ras.*) aeas pertes [a] (*corr. m. post.*) B | incolumitate B 19 disperatisque α 20 curatio *Scal.*: ratio ω 22 emori *ed. Rom.*: eo mori ω (*sed* s *ss. m. fort. 1, ut sit* eos B eo more V) | praestat *ed. Rom.*: praestant ω (*sed* n *exp.* B) 23 vivendis B

conciliari potest, vita existimat Plato esse pellendum vel, si cupido vitae eum teneat, oportere sapientibus tradi, quorum arte quadam ad rectiora flectatur. et est sane melius talem regi nec ipsum regendi habere alios potestatem nec dominari, sed servire servitium, inpotem ipsum aliorum addici potestati parendi potius quam iubendi officia sortitum. virum pessimum non solum deteriorem 246
⟨sed miseriorem⟩ etiam dicebat esse, quod distrahatur semper ⟨s⟩editione vitiorum et [si] desiderium aestibus differatur; qui quanto pluri[m]um cupitor est, tanto egentior sibimet et propterea aliis videri potest. sperata quippe atque exoptata vix pauca et cum maxima aerumna proveniunt iisque flagrantiores cupidines furoresque succedunt nec futuris modo angitur malis, verum etiam praeteritis transactisque torquetur. quos omnes morte sola ab eiusmodi mali⟨s⟩ deduci posse manifestum est.

Sed adprime bonos et sine mediocritate deterrimos XIX
paucos admodum rarioresque et, ut ipse ait, numerabiles esse, eos autem, qui nec plane optimi nec oppido deterrimi sint sed quasi medie morati, plures esse. sed neque 247
superiores obtinere recta omnia neque culpabiles in omnibus labi. horum vitia nec gravata nec intempestiva sunt aut nimium criminosa, quorum substantia est ex redundantia

---

3 Plat. de rep. IX 590 C et D 7 Plat. de rep. IX 572 C—576 C 17 Plat. Phaed. 89 E—90 A 18 Plat. Symp. 179 C: εὐαριθμήτοις

---

3 flectatur F: flectitur *cett.* (*sed* a *ss. m.* 2 B) 6 potestati F: potestate *cett.* 8 sed miseriorem *add. Goldb.* 9 seditione *Kroll*: editione ω | si *seclusi cum edd. vett*; *om.* PL | differatur *unus* ς *et ita Lips.*: differtur *cett.* 10 plurium *ed. Rom.*: plurimum ω | cupitor est *scripsi*: cupitioresit B cupidior sit *cett.* | agentior B 13 iisque B | cupidines furoresque *Lips.*: cupidines floresque ω (cupidinum flores F) cupidines pluresque *Wow.* cupidines fervoresque *Hild.* *fort.* cupidines saevioresque | nec F: ne *cett.* 15 omnes δ: omne α 16 malis deduci *scripsi*: mali deduci BPL mali seduci MV malo deduci F malis seduci *Goldb.* malis educi *Koziol* (*cf. Arnob.* II 62: ab legibus mortalitatis educi) 19 nec plane δ: ne plane α

vel defectu, quibus et adprobationis integritas et modus est et qui inter laudem vituperationemque mediam viam vadunt. hisque rerum capessendarum eiusmodi studia excitantur, ut nunc boni atque honesti eos ratione⟨s⟩ invitent, nunc inhonesta lucra et turpes iliciant voluptates. talibus viris nec amicitiarum fides perseverat et amores non semper inprobi nec honesti tamen eorum animos incurrunt.

XX Perfecte sapientem esse non posse dicit Plato, nisi ceteris ingenio praestet, artibus et prudentiae partibus absolutus atque † enim iam tum a pueris inbutus, factis congruentibus et dictis adsuetus, purgata et efficata animi voluptate, eiectis ex animo hinc *** abstinentia atque patientia *** † obque doctrinis ex rerum scientia 248 eloquentiaque venientibus. eum, qui per haec profectus fidenti et securo gradu virtutis via graderetur, adeptum solidam vivendi rationem repente fieri perfectum. hunc repente praeteriti futurique aevi ultimas partes adtingere et esse quodammodo intemporalem. tum post hoc vitiis

19 Plat. Menex. 247 E sq.; cf. Cic. Tusc. disp. V 12, 36; ad Fam. V 13, 1

3 vadunt. hisque *scripsi*: vadantisque B vadentisque MV vadant usque PL vadant iisque F | studio *pro* studia *Vulc.* 4 rationes *Rohde*: ratione ω *fort.* ratio invitet 6 perseverat F: perseveret *cett.* 10 praestet δ: praestat α *fort.* praestet, ⟨et⟩ artibus 11 iis *pro* enim *Scaliger* etiam *pro* enim iam *Sinko, qui interpunctionem in sqq. correxit* | a puero F 12 et dictis: edictis B | efficata B (*cf. Plaut. Most. 158*): eficata M aefĩcata V effecta PL effecata F effaecata *edd.* 13 *fort.* voluntate | eiectis B | *lacunam signif. Goldb., quam et ipse et Sinko nequiquam expiere conati sunt* 14 obque Bδ ob quae M absque V atque *vulg.* omnibusque *pro* obque *conieci* | doctrinas F 15 hanc (*corr. m. post.; sed prius* haoc *correct. fuerat*) B 17 hunc *Alfr. Kirchhoff, p. 44, n. 3*: hoc ω hoc ⟨est⟩ *ed. Rom.* 18 repetente B *et in ras.* M | praeteriti F: praeteritis *cett.* 19 quodam modo intemporalem *ed. Iuntina II*: quod ad|modumtemporalae (*sed* modo *exarare coeperat librarius*) B quodam modo intemporale *cett.* | vitiis: ut iis B

exclusis insertisque et inmissis *** omnia, quae ad beatam vitam f[u]erunt, non ex aliis pendere nec ab aliis deferri sibi posse, sed in sua manu esse sapiens recte putat. quare nec in secundis rebus effertur nec contrahitur in adversis, cum se ornamentis suis ita instructum sciat, ut ab his nulla vi segregetur. hunc talem non solum inferre sed ne referre quidem oportet iniuriam. non enim eam contumeliam putat, quam inprobus faciat, sed [eam non putat, quam] patientia firmiter toleret, qua⟨ndo⟩ quidem naturae lege in animo eius sculptum sit, quod nihil horum possit nocere sapienti, quae opinantur ceteri mala esse. equidem sapientem illum conscientia sua fretum, securum et confidentem in omni vita dici⟨t⟩ futurum, quod et omnia accidentia reputet ad meliores rationes trahens et quod 249 nihil morose vel difficulter excipiat sibique persuadeat pertinere res suas ad inmortales deos. iam ille diem mortis suae propitius nec invitus expectat, quod de animae inmortalitate confidat; nam vinculis liberata corporeis sapientis anima remigrat ad deos et pro merito vitae purius castiusque transactae hoc ipso nisu deorum se condicioni conciliat. eundem sapientem optimum nominat ac bonum XXI ac prudentem recte arbitratur, cuius sana consilia cum factis rectissimis congruunt et cui principia profecta sunt

---

6 cf. Plat. Crito 49 D; Apol. 30 D; Max. Tyr. diss. XVIII (Reisk.) et Sen. dial. II 16 Plat. Phaed. 107 C sqq.; cf. Cic. Tusc. disp. I 49, 118 et Max. Tyr. diss. XVII 11 (Reisk.)

---

1 *post* inmissis *lacunam significavi*; virtutibus *vel* bonis *excidisse arbitror* incertisque dimissis ***Kroll*** | omnibus *pro* omnia F *perperam* 2 ferunt *Stew.*: fuerunt ω (fuerint F) 6 nulla vi segregetur F: nullavisegregere B nulla vi// (s *eras.*) segregare M nulla vi segregare V nullatenus segregetur P nulla vis segregetur L 8—9 eam non putat, quam| *seclusi* sed ⟨et⟩ eam non putat, quam ***Rohde*** sed eam putat, quam non p. f. t. ***Kroll*** 9 quando quidem ***Kroll***: qua quidem ω 10 scultum B 13 dicit futurum, quod et omnia *om.* α | dicit ***Wow.***: dici *codd.* (*sc.* δ) 16 idem *pro* iam δ 20 nisu *scripsi*: usu ω 22 sana *scripsi*: sane ω

a iusti ratione. ad hoc sapientem et fortissimum dicit esse, ut qui vigore mentis ad omnia perpetienda sit paratus. inde est, quod fortitudinem nervos animi ipsasque
250 cervices ait, ut ignaviam animae dicit inbecillitati esse finitimam. divitem hunc solum quidem recte putat, quippe cum thensauris omnibus pretiosiorem solus videatur possidere virtutem. opes etiam quia solus sapiens potest in usibus necessariis regere, videri ditissimus debet. nam ceteri quamvis sint opibus adfluentes, tamen quod vel usum earum nesciant vel deducant eas ad pessimas [p]artes, inopes videntur. egestatem namque non abs[tin]entia pecuniae sed praesentia inmoderatarum cupidinum gignit. philosophum oportet, si nihil indigens erit et omnium contumax et superior iis, quae homines acerba toleratu arbitrantur, nihil sic agere, quam ut semper studeat animam
251 ⟨a⟩ corporis consortio separare, et ideo existimandam philosophiam esse mortis adfectum consuetudinemque
XXII moriendi. bonos omnes oportet inter se amicos esse, etsi sunt minus noti, et potestate ipsa, qua mores eorum sectaeque conveniunt, amici sunt habendi; paria quippe a similibus non abhorrent. unde inter solos bonos fidem amicitiae esse constat. sapientia amatorem boni adulescentem facit, sed eum, qui probitate ingenii sit ad artes bonas promptior. nec deformitas corporis talem abigere

3 Plat. de rep. III 411 B 5 cf. Cic. parad. VI; Acad. II 44, 136 15 Plat. Phaed. 64 E et 67 D; cf. Cic. Tusc. disp. I 30, 74 sq. 18 Plat. Lys. 214 C; cf. Cic. de nat. d. I 44, 121; Stob. ecl. II 184 (t. II, p. 94, 1 Wachsm.)

1 ad *ex* at *corr. m. post.* B at *cett. plerique* | hunc *pro* hoc F **2** perpatienda B **3** fortitudinem *ed. Rom.*: fortitudinum ω **6** cōthensauris (ū *ss. m. post.*) B | pretiosiorem *scripsi*: pretiosiores ω **7** virtutem B: virtutum *cett.* *distinctionem correxi* **10** artes *Brantius* (*cf. p. 115, 1*): partes ω **11** absentia *Vulc.*: abstinentiam ω (abstinentia F) **11—12** pecuniae sed praesentia *om.* α **12** cupiendum α **14** iis *ed. Rom.*: his ω | acerbo B **16** a *addidi* | seperare (*corr. m. post.*) B **17** consuetudinimque (*corr. m. post.*) B **22** sapientia// (m *eras.*) B

poterit adpetitum. nam cum ipsa anima conplacita est, homo totus adamatur; cum corpus expetitur, pars eius deterior est cordi. iure igitur putandum est eum, qui sit gnarus bonorum, cupitorem quoque eiusmodi rerum esse; is enim solus boni[s] desideriis accenditur, qui bonum illud oculis animi videt: hunc esse sapientem. [i]stu<l>t<us> vero quoniam est ignarus, osor quoque nec amicus virtutum sit necesse est. nec frustra hic talis amator est turpium voluptatum. sapiens non modo merae voluptatis quidem alicuius gratia veniet ad agendum, nisi praesto fuerint honesta emolumenta virtutis. hunc eundem cum eiusmodi 252 voluntate oportet vitam vivere honestam et admirabilem plenamque laudis et gloriae neque harum modo rerum causa ceteris omnibus praeferri, verum etiam iucunditate et securitate solum et semper frui. nec angetur carissimis orbatus adfectibus, vel quod ex se omnia sunt apta, quae ad beatitudinem pergunt, vel quod decreto et lege rectae rationis interdicitur eiusmodi adflictatio et quod, si de tali se causa discruciet, illam aegritudinem vel propter eum, qui est emortuus, suscipiat, quasi in peiore sit parte, aut sua gratia, quod tali necessitudine doleat se privatum esse. sed neque obiti causa lamentationes suscipi oportet, si sciamus illum neque aliquid mali passum ac, si bonae fuerit voluntatis, etiam melioribus

8 Plat. Gorg. 499 E 14 Plat. Menex. 248 A

1 peterit (o *corr. m. post.*) B 3—4 sit gnarus BF (si ignarus *corr. per ras.* B): sit ignarus *cett.* 4 cupitorem *ed. Iunt. II*: cupitorum α cupiturum PL cupidum F 5 iis (h *corr. m. post*) B his F | boni *Rohde*: bonis ω 6 hunc esse *Scal.* (*cf. p. 122, 17*): hoc esse ω | stultus *scripsi*: istut (istud *corr. m. post.*) B istud *cett.* 8 amatoris est B 9 voluptatum *ed. Rom.*: voluntatem B voluntatum *cett.* | modo *susp.* nullo modo *pro* non modo *Rohde* | voluptatis *ed. Rom.*: voluntatis ω 12 voluntate M: voluptate *cett.* 13 harim (*sic*) B 16 scit *pro* sunt *Rohde* 20 peiora (e *corr. m. 2*) B 21 digne *post* necessitudine *male inculcat* M

adgregatum, neque sui gratia, ut qui in se reponit omnia nec cuiusquam absentia virtutis esse indigens potest, cuius perpetuam possessionem sibi vindicat. igitur sapiens non
XXIII erit tristis. sapientiae finis est, ut ⟨ad⟩ dei meritum sapiens provehatur hancque futuram eius operam, ut aemulatione vitae ad deorum actus accedat. verum hoc ei poterit provenire, si virum perfecte iustum, pium, pru-
253 dentem se praebeat. unde non solum in perspectandi cognitione verum etiam agendi opera sequi eum convenit, quae diis atque hominibus sint probata, quippe cum summus deorum cuncta haec non solum cogitationum ratione consideret, sed prima, media, ultima obeat conpertaque intime providae ordinationis universitate et constantia regat. verum enimvero illud omnibus beatum videri, cui[us] et bona suppetunt et, quemadmodum carere vitiis debeat, callet. una quidem beatitudo est, cum ingenii nostri praesentia tutamur, quae perficimus; alia, cum ad perfectionem vi⟨t⟩ae nihil deest atque ipsa sumus contemplatione contenti. utrarumque autem felicitatum origo ex virtute manat. et ad ornamentum quidem genialis loci, ⟨id⟩ est virtutis, nullis extrinsecus eorum, quae bona ducimus, adminiculis indigemus. ad usum autem vitae

4 Plat. Theaet. 176 A; Sen. epist. 92, 3; cf. Plut. de Stoic. repugn. 13, 2 et de comm. notitiis 33, 2; Stob. ecl. II 198 (t. II, p. 98, 14 Wachsm.); Cic. de nat. d. II 61, 153; Sen. dial. I 1, 5; II 8, 2; epist. 73, 11 sqq. 16 cf. Diog. Laert. VII 127; Stob. ecl. II 202 (t. II, p. 100—101 Wachsm.); Cic. parad. II; Acad. I 10, 35; Sen. epist. 85 et 92, 2 22 cf. Sen. dial. VII c. 21—23; epist. 92, 5 sqq.

1 adgregatur B | neque sui *Flor.*: neque evi *vel* aevi ω (neq; aevi B) 2 cuius *om.* α 4 ad *add. Scaliger* | merito F 6 aemulationem B 9 cogitatione B | *fort.* ⟨in⟩ agendi opera 11 cogitationem B 12 intimae B 14 illut *in* illud *corr. m. post.* B illud *susp.*: *fort.* illum in omnibus | cui *vulg.*: cuius ω ⟨si⟩ cui *Rohde* 15 quaēadmodum B | cavere *pro* carere *Rohde* 18 vitae *ed. Rom.*: viae ω 19 felicitatem B 20 genialis locus *quid sit, incertum est; haec tamen verba non temere mutanda censeo* 20—21 id *addidi*: loci vel virtutis F loci ⟨hoc⟩ est virtutis *Scal.* loci et virtutis *Hild.*

communis corporis cura et eorum, quae extrinsecus veniunt, praesidiis opus est, ita tamen, ut haec eadem fiant virtute meliora eiusque suffragio beatitudinis commodis copulentur, sine qua haec in bonis minime sunt habenda. nec frustra est, quod sola virtus fortunatissimos potest facere, cum absque hac ex aliis prosperis non possit felicitas inveniri. sapientem quippe pedisequum et imitatorem dei dicimus et sequi arbitramur deum, id est enim ἕπου θεῷ. *** non solum oportet, dum vitam colit, digna dis gerere nec agere ea, quae eorum maiestati displiceant, verum et tunc, cum corpus relinquit, quod non faciet 254 invito deo. nam etsi in eius manu est mortis facultas, quamvis sciat se terrenis relictis consecuturum esse meliora, ⟨non⟩ accerset sibi tamen eam, nisi necessario perpetiendum esse istud lex divina decreverit. mortem eius etsi anteactae vitae ornamenta cohonestant, hone- 255 stior⟨em⟩ tamen et rumoris secundi oportet esse. cum securus de posteritatis suae vita ad inmortalitatem animam permittit ire, eam, quod pie vixerit, praecipit fortunatorum habituram loca deorum choreis semideumque permixtam.

XXIV De civitatum vero constitutione et de observatione regendarum rerum publicarum ita censet Plato. iam prin-

---

8—9 cf. Didymi Pythagorei epit. in Mullachi philos. Graec. fragm. II p. 59: *Πυθαγόραν δὲ ἐπ' αὐτοῦ εἰπεῖν· ἕπου θεῷ*; Boëth. Consol. I pr. 4 12 Plat. Phaed. 61 D—62 C; cf. Cic. Tusc. disp. I 30, 74; Cato 20, 73; de rep. VI 15, 15.

---

6 absque hac *ed. Rom.*: absque haec ω 7 qppedisequum (i *supra*) B quippedis//|equum M 8—9 *ἕπου θεῷ Scal.*: *ΕΙΤΟΥΘΕΟΥ* ω 9 eum *vel* hunc *ante* non solum *desidero* 10 dis gerere *Vahlen*: discere ω dis dicere *Stew.* | displiciant B 11 reliquit B 14—15 ⟨non⟩ accerset sibi tamen eam, nisi necessario — decreverit *scripsi*: nisi necessario — decreverit, accersere (arcersere, i *supra* e, B arcersere M accersire F) sibi tamen eum ω 15—17 *ante* mortem *maiorem interpunctionem posui praeeunte Sinko; item post* oportet esse 16 honestiorem *ed. Rom.*: honestior ω 20 loca *Scal.*: loco ω (locum F) *fort.* lucos (*cf. Verg. Aen. VI 673*) | choriis B | semideum qui B 22 regemdarum B | ita censet Plato *Oud.*: ithacus et cato ω

cipio civitatis formam definit ad hunc modum: civitatem esse convictum inter se hominum plurimorum, in quibus sint regentes alii, ceteri ⟨inferi⟩ores, coniuncti inter se
256 concordia et invicem sibi opem atque auxilium deferentes, isdem legibus, rectis tamen, officia sua temperantes; unamque civitatem isdem moenibus illam futuram, *** et eadem velle atque eadem nolle incolarum mentes adsueverint. quare suadendum est fundatoribus rerum publicarum, ut usque ad id locorum plebes suas ad eundem *** rectori omnes noti esse possunt nec sibimet incogniti; sic enim fiet, ut omnes una mente sint invicemque sibi factum velint. magnam sane civitatem non habitantium multitudine eorumque magis vir⟨tut⟩ibus niti oportet. vires enim non corporis nec pecuniae collectas dominatione multorum existimandas putat cum vecordia inpotentiaque, sed cum decreto communi virtutibus omnibus ornati viri incolae et omnes fundati legibus obsecuntur. ceteras vero, quae non ad hunc modum forent constitutae, non arbitrabatur sanas civitates sed taetras et morbis tumentes. res publicas eas demum fundatas ratione dicebat esse, quae ordinatae ad instar animarum forent, ut pars optima, quae prudentia sapientiaque praecellit, imperitet multitudini et, ut illa totius habet curam corporis. ita prudentiae dilectus

1 Plat. de rep. II 369 C; [Plat.] defin. 415 C 7 cf. Sall. Cat. 20, 4 8 Plat. de legg. V 738 D sq. 20 Plat. de rep. IV 427 D sqq.

1 desinit B 2 convictum *Goldb.*: coniunctam ω 3 ceteri inferiores *Goldb.*: ceteriores ω (citeriores F) ceteri[ores] *(distinctione sublata) Novák* ceteri deteriores *Sinko* 5 iisdem B 6 *post* futuram *lacunam significavi* futuram, ut eadem *Hild.* futuram, ⟨si⟩ et eadem *Goldb.* 9 locarum B 10 *lacunam signif. Goldb.* suas eidem rectori F omne B | possint F 11 invicemque *Gronovius (ad Gell. VII [VI] 3, 25)*: iniquumque ω (iniquum quae M aequumque F) 12 sine *pro* sane B | non *om.* F 13 virtutibus *scripsi*: viribus ω | niti *Lips.*: uti ω (*sed* uti *ex* uiti *corr per ras* B) metiri *Sinko* 14 vires MV: vir Bδ 19 arbitrabatur Bδ: arbitratur M arbitrantur V | sanẹ[a]s (*corr. m. 1, ut vid.*) B 19—20 tumentes. res publicas eas *interpunxi* 20 demum δ: domum α

tueatur universae commoda civitatis. fortitudo etiam, pars 257 virtutis secunda, ut vi sua adpetentiam castigat et reprimit, ita in civitate vigilet. excubitorum loco quidem militet iuventus pro utilitate cunctorum, sed inquietos et indomitos ac propterea pessimos cives refrenet, contineat ac, si necesse sit, frangat potioris ex consilii disciplina. illam vero desideriorum tertiam partem plebi et agricolis parem ducit, quam existimat moderatis utilitatibus sustinendam. at enim rem publicam negat posse consistere, nisi is, qui imperitat, habeat sapientiae studium, aut is ad imperandum deligatur, quem esse inter omnes sapientissimum constat. moribus et huiuscemodi cunctos cives XXV inbuendos esse dicit, ut iis, in quorum tutelam et fidem res publica illa creditur, auri atque argenti habendi cupido nulla sit, ne specie communi privatas opes adpetant, nec eiusmodi hospitia succedant, ut ceteris non reclu⟨sa⟩ sit ianua; cibos victumque ita sibi curent, ut acceptam mercedem ab his, quos protegunt, communibus epulis insumant. matrimonia quoque non privatim maritanda esse, sed fieri communia despondente ipsa eiusmodi nup-

9 Plat. de rep. V 473 D 14 Plat de rep. III 416 D sqq.; de legg. V 742 A sqq. 19 Plat. de rep. V 457 C—461 E; Tim. 18 D.

2 su^{a}//adpetentiam (a *eras., sed add. m. post.*) B 3 ita^{i}n (i *add. m. post.*) B 6 potioris ex *Oud.*: potiores est B potioris est *vel* potioris (*om.* est) *cett.* 7 plebi *ex* flebi *corr. m post.* B 10 imperit at *in* imperat at *corr. m. post.* B 12 *fort.* moribus et ⟨institutis⟩ huiuscemodi *cf. p. 105, 18 et 130, 19* 13 ut iis MP: ut is BF vitiis V ut hiis L | fides B 15 ne specie BPF: nec specie MVL 16—17 non reclusa sit ianua *scripsi* (*cf. Plat. de re p. l. III p. 416 D*): non reclusi^{s}// (t *eras.*; s *ss. m. post.*) ianua B non reclusis ianua *cett.* (ianua non reclusis F) 18 quos protegunt δ: quos protegunt *ex* quos petegunt *corr. m. post.* B quos spetegunt MV 19—20 maritandaes se B 20 sq. despondente ipsa eiusmodi nuptias publice civitate *scripsi*: dispondente ipsae e. n. p. civitates B dispondente ipso (*ex* ipse *corr. 1 m.*) e. n. p. civitatis M dispondente ipse e. n. p. civitatis V despondente ipsae e. n. p. civitates P despondente ipso (*ex* ipse *corr.*) e. n. p. civitatis (*ex* citatis *corr.*) L despondentibus ipsis e. n. p. civitatis F, *quod foede interpolatum probare non debuit Sinko*

tias publice civitate[s], sapientibus magistratibus sorte quadam ei negotio praeditis idque praecipue curantibus, ne dispares sui vel inter se dissimiles copulentur. his adnectitur utilis necessariaque confusio, ut permixta nutri-
258 menta puerorum ignotorum adhuc agnitionis parentibus adfera⟨n⟩t difficultatem, ut, dum suos liberos nesciunt, omnes, quos viderint aetatis eius, suos credant et veluti communium liberorum omnes omnium sint parentes. ⟨ad⟩ hoc ipsorum conubiorum quaeritur tempestiva coniunctio, cuius futuram stabilem fidem credit, si cum harmonia musicae dierum consonent numeri. et qui de nuptiis talibus erunt orti, studiis congruentibus inbuentur et optimis disciplinis communi praeceptorum magisterio docebuntur, non virile secus modo verum etiam feminarum, quas vult Plato omnibus [p]artibus, quae propriae virorum putantur, coniungendas esse, bellicis et * * *: quippe utrisque cum natura una sit, eandem esse virtutem. eiusmodi civitatem nullis extrinsecus latis legibus indigere; regi ⟨e⟩am quippe prudentia et eiusmodi institutis ac moribus, quibus fundata ceteras leges non requirat. et hanc quidem ut figmentum aliquod veritatis exempli causa per se compositam vult esse rem publicam.

---

9 Plat. de rep. VIII 546 A sqq. 14 Plat. de rep. V 451 C—457 B; de legg. VII 794 C sq.; VIII 833 C—834 D

---

2 quedam B | ei B: et *cett.* | praedictis B 6 adferant *Flor.*: adferat ω 8 ad *addidi* ⟨ad⟩ haec *Flor.* 12 eorunt B | orti^s studiis (s *add. m. post.*) B 14 virile secus B δ: virilis sexus MV 15 artibus *Vulc.*: partibus ω | propriae B: proprie *cett.* 16 bellicis et quippe B: bellicis eis quippe *cett.* bellicis etiam: quippe *vulg.* ⟨vel⟩ bellicis; eis quippe *Vahlen* *ego post* bellicis et *lacunam significavi*; *fort.* bellicis et ⟨gymnicis et musicis⟩; quippe (*cf. Plat. de re p. l. V p. 452 A*) 17 virtutum B 18 ratis B, *quod prob. N. Heinsius* 18—19 regi eam *Oud.*: regiam ω (regia F) regi[am] *Novák* 19 prudentia F, *quod probat Koziol*: prudentiam *cett.* ⟨per⟩ prudentiam *Oud.* 22 vult (t *ex corr.*) | //esse (t *eras.*) B

Est et alia optima quidem et satis iusta quidem et XXVI
ipsa specie et dicis causa civitas fabricata, non ut superior 259
sine evidenti<a>, sed iam cum aliqua substantia. in hac non suo nomine de statu et de commodis civitatis requirens originis eius principia et fundamenta disponit, sed eo tendit, quemadmodum civilis gubernator eiusmodi locum conventusque multitudinum nactus iuxta naturam praesentium rerum et convenarum debeat facere civitatem plenam bonarum legum et morum bonorum. in hac equidem easdem puerorum nutricationes, easdem vult esse artium disciplinas. sed in conubiis et partubus et patrimoniis ac domibus desciscit a prioris observatione rei publicae matrimonia privata et singularia faciens; procorumque ipsorum, etsi in contrahendo matrimonio consulere ex voluntate sua debeant, universae tamen civitatis principibus ut communis commodi causam decernit spectandam esse.
quare et dites inferiores nuptias non recusent et locuple- 260
tium consortium inopes consequantur; et, si vires opum congruunt, ingenia tamen diversa miscenda esse, ut iracundo tranquilla iungatur et sedato homini incitatior mulier adplicetur, ut talibus observationum remediis et profectibus suboles natura discrepante confecta morum proventu meliore coalescat et ita conpositarum domorum opibus civitas augeatur; puerperiaque ipsa morum dissimili seminio concepta cum utriusque instar similitudinis traxerint, neque illis vigorem in rebus gerendis neque tamen spectandis consilium defuturum. instituendos vero eos esse,

12 Plat. de legg. VI 771 D—773 E

1—2 et ipsa quidem *pro* quidem et ipsa F 3 evidentia *Scal.*: evidenti ω 6 quaeadmodum B 7 nactus δ: natus α 11 partubus *ed. Rom.*: partibus ω 13 facies B 13—14 *interpunctionem correxi, ut* procorum *a* causam *pendeat* 18 consequentur (a *ss., sed eras.*) B 18—19 non congruunt α 21 adpli//cetur (i *ex corr. per ras.*) B 22 profectibus *scripsi*: proventibus ω (*cf.* proventu *v. sq.*) | suboles δ: sublieves α 24 opibus δ: opus B copiis MV | puerperiatque B

utcumque parentes † nec ita sexus esse tus censuerint civitatis. domus vero et possessiones habeant privatas, ut queunt singuli, quae quidem nec inmensum augeri per avaritiam nec prodigi per luxuriam aut deseri per neglegentiam sinit. legesque huic civitati promulgari iubet et legum moderatorem, cum aliquid tale concipiet, ad con-
XXVII templandas virtutes hortatur. imperitandi autem modum eum esse utilem censet, qui ex tribus fuerit temperatus.
261 nec enim vel optimatium vel etiam popularis imperii solos et meros status utiles arbitratur nec inpunitas rectorum culpas relinquit, sed magis censet his debere constare rationem, qui sint potestate potiores. et alii publicarum rerum status definiti ab eo putantur nitentes ad bonos mores et super ea ⟨re⟩ publica, quam vult emendatione constare, rectori mandat, non prius residuas conpleat aut vitiosas leges correctas velit † enim mores perniciosos et disciplinas corrumpentes commoda civitatis ad meliora converterit. a quibus si consilio et suadela depravata multitudo deflecti non poterit, abducenda est tamen ab incepto vi et ingratis. in actuosa vero civitate describit, quemadmodum simul omnis hominum multitudo bonitate

---

2 Plat. de legg. V 739 E—741 E 6 cf. Plat. de legg. XII 963 A 12 cf. Plat. de rep. VI 501 A

---

1 utcumque B δ: utrumque M V 1—2 nec ita—civitatis *sic* B, *nisi quod* i *super* e *in* sexus *ss. m. 1, ut vid., et* o *super* u *in* tus *ss. m. post.* nec ita sexus esse// onestus censuerint incivitatis M nec ita sexus esse censuerint incivitatis V nec ita sexus esse. stratus censuerint civitatis F *locum corruptissimum frustra temptarunt vv. dd.* 2 privatas *ex* prinatas *corr. m. post.* B 5 iubet F: iubeto *cett.* 12 rationem *ed. Iunt II*: nationem ω | alia B 14 mores et: *fort.* mores, sed | re *add. m. post* F: super re publica *Oud.* | emendatiorem *pro* emendatione *Rohde* 16 velit mores enim F quin *vel* quam *pro* enim *Oud.* ni *Hild.* 18 depravata δ: defraudata ς 19 abducendaesitamen B 21 quaeadmodum B | *post* multitudo *verba* flecti (*pro* deflecti) non poterit — hominum multitudo *repet.* α (*sed hic* abducenda est *recte scriptum est in* B)

et iustitia conducta habeatur. hi tales conplectentur proximos, honores custodient, intemperantiam arcebunt, iniuriam refrenabunt pudicitiae ornamentisque ceteris vitae honores maximos deferentes. nec temere multitudo † convellet ad eiusmodi rerum publicarum status, nisi qui optimis legibus et egregiis institutis fuerint educati, moderati erga ceteros, inter se congruentes. quattuor culpabilium XXVIII civium genera esse: unum eorum, qui sunt honore praecipui, 262 alterum paucorum, penes quos rerum est potestas, tertium omnium, ultimum dominationis tyrannicae. et primum quidem confit, cum prudentiores viri per magistratus seditiosos civitate pelluntur deferturque ad illos potestas, qui sint manu tantummodo strenui, nec ii, qui blandiore consilio agere res possint, adipiscuntur imperii facultatem, sed qui turbidi violentique sunt. paucorum vero status obtinetur, cum inopes criminosi multi simul paucorum divitum inpotentiae subiacentes dederint se atque permiserint omnemque regendi potestatem non mores boni sed opulentia fuerit consecuta. popularis factio roboratur, cum inops multitudo viribus obtinuerit adversus divitum facultates lexque iussu populi fuerit promulgata, ut ex aequo liceat omnibus honores capessere. ad haec tyrannis illa, singulare dominationis caput, tunc oritur, cum is, qui leges contumacia sua ruperit, simili legum coniura- 263

11 Plat. de rep. VIII 544 A—569 C

1 conducta *ex* cunducta *corr.* B 2 custodiunt B **3** pudicitias B 4 honores *ex* honoris *corr. m. post.* B convellet Bδ convalet MV convalescet *Goldb.* 7 culpabilium (c *ex* r *corr. m. 1*) B 8 civitatum *pro* civium *Kroll*

11 confit *Vulc.*: confut (con *induct.*; i *add. m. post.*) B tunc fit MV configit PL confunditur F **13** ii *vulg.*: hii B hii P hi *cett.* **21** lexque iussu populi *ed. Rom.*: lex quae eius su (su *induct.*) populi B lexque eius sub populi *cett.* | iudicio *post* promulgata *add. ex interpol.* F **23** is *Vulc.*: hiis B his *cett.* **24** illegum *pro* legum *Lips.* | conversione *pro* coniuratione *Sinko, probabiliter*

tione adoptatus imperium invaserit constituens deinceps, uti omnis civium multitudo desideriis eius et cupiditatibus parens obsequium suum tali fine moderetur.

---

1 inimperium (u *ex corr.*) B

APVLEI MADAV|RENSIS DE HABIT^{DI}VNE PLATONIS | LIBER II EXPLICIT | INCIPIT LIBER III FELIC(C *ex* L *corr.*) ITER *nunc rubro nunc atro colore* B APULEI MADAURENSIS DE HABITUDINE PLATONIS LIBER PRIMUS EXPLICIT. INCIPIT LIBER SECUNDUS MV

DE MUNDO.

285 Consideranti mihi et diligentius intuenti et saepe alias, Faustine fili, virtutis indagatrix expultrixque vitiorum, divinarum particeps rerum philosophia videbatur et nunc maxime, cum naturae interpretationem et remotarum ab oculis rerum investigationem sibi vindicet. nam cum ceteri magnitudine rei territi eiusmodi laborem arduum et profundum existimarent, sola philosophia suum non despexit ingenium nec indignam se existimavit, cui divinarum et 286 humanarum rerum disceptatio deferatur, sed † cumducere ac dicere tam bonas artes et eiusmodi operam cum in-

---

Pseudoaristot. περὶ κόσμου c. 1 p. 391 a 1—7 Bkk.

August. de civ. dei IV 2. quae uno loco Apuleius breviter stringit in eo libello, quem de mundo scripsit.

2 Cic. Tusc. disp. V 2, 5: o vitae philosophia dux, o virtutis indagatrix expultrixque vitiorum. — cf. Lactant. inst. III 13 et Prisc. VIII 1, 4.

Est de mundo *in marg. super. m. rec.* B Lucii Apuleii Madaurensis platonici de Cosmographia Sive de mundo Liber Incipit *in infer. marg. m. rec.* M L. APPULEI DE MUNDO LIBER INCIPIT *in spat. vac. rel. m. 2* F

1 sepelias *α* **2** fili *scripsi* (*cf. de Plat. II 1*): mihi *ω* *del. Novák* | indagatris (*corr. m. post.*) B | expultrixque *e Cic.* (*cf. Lact. et Prisc.*) *edd.*: excultisque (*sed* excultrixque *corr. m. 1*) B excultrixque MVF (expultrixque *m. 2* F) exculptrixque PL, *quod recepit Goldb.* **8** indignam F: indigna *cett.* **9** disceptatio *ed. Rom.*: discrepta//tio (a *ex corr. m. 1; fuit* io) B discrepatio *cett.* | cum ducere *α* (*sed* conducere *ex* cumducere *corr. m. fort. 1* B) conducere *δ* **10** ac dicere B accidere *cett.* *locus vexatissimus necdum sanatus; fort.* sed condiscere (*cf. Novák, p. 41*) tam bonas artes (= *Pseudoarist.* τὴν ἐκείνων μάθησιν) et eiusmodi operam cum ingenuitate professionis suae credidit ⟨convenire⟩

287 genuitate professionis suae credidit et congruere istiusmodi
curam talibus studiis et moribus. nam cum mundum
homines eiusque penetralia corpore adire non possent, ut
terreno domicilio ⟨relicto⟩ illas regiones inspicerent, philo-
sophiam ducem nancti eiusque inventis inbuti animo pere-
grinari ausi sunt per caeli plagas his itineribus, quae
exploratione acuminis sui pervia sapientiae solis cogita-
tionibus viderant, ut, cum ipsius intervalli condicione a
mundi vicinia natura nos secretos esse voluisset, inmen-
sitati tamen eius volucrique curriculo cogitationum nostra-
288 rum nos pernicitas intimaret; facillimeque ea, de quibus
origo eius est, anima divinis suis oculis aspexit, agnovit,
aliis etiam eius scientiam tradidit, veluti prophetae quidam
deorum maiestate conpleti effantur ceteris, quae divino
beneficio soli vident. quare et eos, qui unius loci ingenia
nobis qualitatesque describunt, aut moenia urbis aut ali-
cuius amnis fluenta aut amoenitates et magnitudines
montium, alia multa descripta ab aliis, plerique studiose
legunt: Nysae iuga et penetralia Coryci et Olympi sacra
et Ossae ardua, alia huiuscemodi sola dumtaxat et sin-
289 gula extollunt. quorum me miseret, cum tanto opere nec
magnis et oppido paucis inexplebili admiratione capiuntur.
hoc illis evenire adeo non est mirabile, cum nihil maius
suspexerint neque ad aliquid intenderint, quod maiore
diligentia contemplandum esset. ceterum si terrarum orbem
omnemque mundum contemplari pariter aliquando potu-
issent, minus exiguas eius et singulas partes dignas lau-
dibus credidissent, quibus esset universitas conprehensa.

Pseudoaristot. περὶ κόσμου c. 1 p. 391a7—b5 Bkk.

---

4 relicto *add. Koziol* 8 ipsius δ: impius B impiis MV 9 uitinia B 12—13 agnovital(i)is (*corr. m. 1*) B 14 ceteris quae *ed. Rom.*: ceterisque ω (ceteris *om.* que F) 17 magnitudines *ex* magnitudinis *corr. m. post.* B 19 Coryci *ed. Iunt. II*: corui ω 20 eiuscemodi B 22 parvis *pro* paucis *Kroll* 24 maiore B: maiora MVF (-e *corr. m. 1* F) maiori PL

quare nos Aristotelen prudentissimum et doctissimum philosophorum et Theophrastum auctorem secuti, quantum possumus cogitatione contingere, dicemus de omni hac caelesti ratione naturasque et officia complexi et cur et quemadmodum moveantur, explicabimus.

Mundus omnis societate caeli et terrae constat et eorum I
natura, quae utriusque sunt: vel sic: mundus est ornata
ordinatio dei munere, deorum recta custodia. cuius car- 290
dinem — sic enim dixerim *κέντρον* — robustum et inmobilem genetrix atque altrix animantum omnium habet tellus supernis omnibus, ut videri potest, aëris liquiditate ad modum tegminis saeptis et opertis. ultra deorum domus est, quod caelum vocamus. quod quidem divinis corporibus onustum videmus, pulcherrimis ignibus et perlucidis solis et lunae reliquorumque siderum, cum quibus fertur per orbem dierum noctiumque curriculis agens et stellarum choros intermino lapsu finem nulla aevi defectione factura. sed cum omne caelum ita revolvatur ut sphaera, eam tamen radicibus oportet teneri, quas divina machinatio verticibus adfixit, ut in tornando artifex solet forcipe materiam conprehensam reciproco volumine rotundare: eos polos dicimus, a quibus veluti a cardinibus directio quaedam profecta axis est dictus, divisor et disterminator mundi, orbem terrae in medietate constituens. verum hi vertices, quos inmobiles diximus, ita sunt, ut supra caput alter adpareat ex parte boreae, qui septemtrionalis vocatur; alter antarcticus humo tegitur,
umidus et austrinis vaporibus mollis. sed caelum ipsum 291

Pseudoaristot. *περὶ κόσμου* c. 2 p. 391 b 9 — 392 a 5 Bkk.

1 Aristotelen B: Aristotelem *cett.* | et doctissimum *om.* *α* 3 haec B 4 naturasque et officia *Oud.*: naturasque (*vel* quae) off. *ω* (naturas et off. F) 9 *κέντρον* *edd.*: centron *ω* 10 mobilem B nobilem MV 11 aeres B hae res MV 16—17 et *ante* stellarum *om.* *δ* 21 mater//iam (t *eras.*) B 25 hii B | *fort.* ita ⟨siti⟩ sunt 27 antarcticos *edd.*: athanticus B antharticus MV athantarticus *δ*

stellaeque caeligenae omnisque siderea conpago aether[a] vocatur non, ut quidam putant, quod ignitus sit et incensus, sed quod cursibus rapidis semper rotetur, elementum non unum ex quattuor, quae nota sunt cunctis, sed longe aliud, numero quintum, primum ordine, genere divinum et inviolabile.

II Iam astrorum innumerabilis multitudo partim labitur cum orbis inerranti⟨s⟩ regione, quam circulus ambit signifer 292 obliqua conplexione circumdatus et signis XII inluminatus, partim errantibus stellis, quae neque priorum motus habent neque sane inter se similes et aequales, sed adfixae diversis globis inordinatum, ut sic dixerim, ordinem servant; aliaeque ultra sunt, aliae citra. stellae, quae propter naturam eiusmodi nullis creduntur erroribus vagae, et infinitos numero greges ducunt et simplex aetheris dorsum alma et sacrata amoenitate lucis coronant. septem vero deorum nominibus inlustres totidem orbibus adfixae sunt et gradatim sibimet superlatae, ut superior inferiore sit maior, ac vicissim mutuis adhaesionibus nexae conplexu illius orbis, qui inerrabilis dicitur, continentur. hic Phaenonis globus, quem appellamus Saturnum; post quem 293 Phaethontis secundus est, quem Iovem dicimus; et loco tertio Pyrois, quam multi Herculis, plures Martis stellam vocant. hanc sequitur Stilbon, cui quidam Apollinis, ceteri Mercuri nomen dederunt. quintus Phosphorus,

Pseudoaristot. περὶ κόσμου c. 2 p. 392a5—27 Bkk.

1 caeligenae *Lips.*: caeligerae (*vel* -re) ω | aether *vulg.*: aethera ω aether a ⟨nobis⟩ *Goldb.* *malim* a ⟨Graecis⟩ 5 ·V·tum F: quinque *cett* 8 inerrantis *Wow.*: inerranti ω | circulus *Hoelscher*: circulorum ω circulo *Wow.* | ignifer B 13 aliae *ex* alia *corr. m. post.* B | *post* citra *interpunxi cum Florido* 15 ducunt δ: ducent α 17 orbibus δ: orbi α 18 et F: ut *cett.* 19 vicissim//mutuis (u *eras.*) B 20 Phaenonis *edd.*: fenonis ω (fetontis M feriontis (?) V) 21 post quam α 22 Phaethontis *edd.*: faetontis B fetontis *cett.* | quem Iovem δ: quam Iovem α 23 mentis *pro* Martis B 24 appollinis *ex* appollonis *corr.* B 25 mercuri B: mercurii *cett.* | fonsforus B

Iunonia immo Veneris stella, censetur. deinde Solis est orbis et ultima omnium Luna altitudinis aetheriae principia disterminans, quae divinas et inmortales vivacitates ignium pascens ordinatis ac semper aequalibus invectionibus solvitur atque reparatur.

Post eam vero partem, quae sancti aetheris finibus III
coërcetur, cuius † mensa pensaque distinctum est et 294
natura inmutabilis, regio e⟨s⟩t mortalis ac iam paene terrena, cuius primae sunt partes tenuiores et vaporatae, quippe cum finitimis aetheris adtinga⟨n⟩tur ardoribus, quantum maximis parva et quantum rapidis possunt pigriora contingi. sed ex ea parte, quae curriculis finitimi inuritur Solis, se iaculari atque emicare et scintillare flammae quaedam ostensae oculis nostris videntur, quas Graeci cometas et ⟨do⟩cidas et bothynos appellant quasque labi et
fluere frequenter videmus, lucere ⟨facile⟩ faciliusque restin- 295
gui. exin inferioris aëris qualitas turbidior infunditur, cui permixtus est glacialis rigor; sed superioris vicinia claritatis et propinqui caloris adflatu nitescit ac sinceriore interdum luce vestitur. huius saepe mutabilis convertitur species, cum sit natura vitiabili: et in nubes cogitur et reciprocis flabris aperitur et nimbis vehementibus rumpitur, nivibus etiam et glacie inhorrescit et praecipiti grandine desuper verberatur; turbinum flatibus typhonumque

---

Pseudoaristot. περὶ κόσμου c. 2 p. 392a27—b11 Bkk.

---

2 aetheria // (e *eras.*; i *in* e *corr. m. post.*) B 3 quae (a *ex* o *corr. m. post.*) B 6 post eam BF (posteā B): postea *cett.* 7 cuius m. p. distincta sunt *Kroll fort.* cuius ⟨vis⟩ mensa pensaque distincte est 8 inmutabilis, regio est *Rohde*: inmutabilis regio et ω 9 sunt *om.* α *fort.* primae partes ⟨sunt⟩ ten. 10 adtingantur *Kroll*: adtingatur ω | ardoribus *ex* arboribus *corr. m. 1* B 13 se eiaculari *Elm.* [se] iaculari *Novák* 14 quas (s *ex* r *corr. in fine vers.*) B 15 docidas *ed. Rom.*: cidas α cydas F *alia* PL 16 facile *add. Lips.* 18 superioris (*ex* superiori *corr.*) F *et ed. Ald.*: superiori ω 23 glacie// (i *eras.*) B 24 turbinum *Kroll*: turbine ω typhonumque *Oud.*: tyfoniique ω (thyfoniique B)

conflictu fit procellosa, sed ⟨et⟩ telis fulminum et missilium caelestium iaculis ignescit.

IV 296 Aëri terra coniungitur eaque in se suscipit maria. haec frequentatur animantibus, haec silvarum viriditate vestitur, haec fontium perennitate recreatur, haec fluminum frigidos lapsus nunc erroribus terrenis vehit, modo profundo in mari confundit; eadem infinitis coloribus floret, altitudine montium, camporum aequore, nemorum opacitate variatur, sinuosis inflexa litoribus, distincta insulis, villulis urbibusque conlucens, quas sapiens genus, homo, communibus usibus fabricatur. nec sum nescius plerosque huius operis auctores terrarum orbem ita divisisse: partem eius insulas esse, partem vero continentem voca⟨ve⟩re, nescii omnem hanc terrenam inmensitatem Atlantici maris ambitu coërceri insulamque hanc unam esse cum insulis suis omnibus. nam similes huic alias et alias minores
297 circumfundit Oceanus, quae tamen merito videntur ignotae, cum ne hanc quidem, cuius cultores sumus, omnem peragrare possimus. nam sicut hae insulae interfluuntur, quae sunt in nostro mari, ita illae in universo salo fretis latioribus ambiuntur.

V Elementorum inter se mutui nexus artis adfinitatibus implicantur et quinque coniuges copulae his ordinatae vicibus adtinentur, ut adhaereant et *** gravioribus leviora:

Pseudoaristot. περὶ κόσμου c. 2 et 3 p. 392b11—393a2 Bkk.

1 confl(i)ectu (*corr. m. fort. 1*) B | procellos (*in fin. vers.*) B | et *add. Oud.* 9 su(ri)nuosis (*corr. m. post.*) B | ritoribus B 13 vocavere *scripsi*: vocare ω vocant *Hild.* vocari *vulg* 14 &lantici (at *ss. m. post.*) B 15—16 insulis(s)uis (*corr. m. post.*) B 16 et alias ⟨maiores et⟩ minores *Kroll* 17 qua&amen (e t *ss.*; *corr. m. post.*) B 18 omnem *Sciopp. et Wow.*: omnes ω 19 possimus *ex* possumus *corr. per ras.* B 20 nostro (o *fin. ex corr.*) B 24 attitentur B abtinentur M abtitentur V maioribus minora et *ante* gravioribus *excidisse puto* (*cf.* Pseudoarist.: περιεχομένης ἀεὶ τῆς ἐλάττους τῇ μείζονι) et *ante* gravioribus *del. Kroll*

aquam in se habet tellus aut aqua, ut alii putant, vehit
terram; aër ex aqua gignitur, ignis aëria densitate con-
flatur; aether vicissim ignesque illi inmortalis dei vivaci-
tate flammantur. huius divini ignis origine incensi per
totius mundi convexa inlustribus facibus ignescunt. superna
quapropter dii superi sedes habent, infima ceterorum ani-
mantium terrena possident genera, per quae serpunt et
erumpunt et scatent flumina, fontes et maria, quae meatus 298
et lacunas et origines habent in gremio terrarum. ipsarum
vero insularum, quae sunt in nostro mari, digna memo-
ratu Trinacria est, Euboea, Cypros atque Sardinia, Creta,
Peloponnesos, Lesbos; minores autem aliae ut naevuli
quidam per apertas ponti sunt sparsae regiones, aliae
Cyclades dictae, quae frequentioribus molibus adluuntur.

Maria maiora sunt Oceanus et Atlanticum, quibus 299 VI
orbis nostri terminantur anfractus. sed occiduarum par-
tium mare per angustias oris artatum in artissimos sinus
funditur et rursus a columnis Herculis refusum in inmen-
sam latitudinem panditur saepiusque coëuntibus terris
veluti quibusdam fretorum cervicibus premitur et idem
rursus cedentibus est [terris] inmensum. primum igitur 300
a columnis navigantibus † dextros latus duobus sinibus
maximis cingitur, quorum primus duas Syrtes habet, alter
inparibus quidem sinuatur figuris, sed in maxima divisus
est maria, quorum unum Gallicum dicitur, alterum Afri-

Pseudoaristot. *περὶ κόσμου* c. 3 p. 393a2—27 Bkk.

1 tellus *om.* α | aut *Goldb.*: et ω *fort.* vel 4 *fort.* incen⟨sa⟩ si⟨dera⟩ per t. m. c. 6 superni *ex* superii (?) *corr. m. post.* B 8 (s)catent (*corr. m. post*) B | quae meatus δ: quaeatus (a *ss. m. post.*) B queatus MV (*sed* que meatus *corr. m.* ? V) 11 Trinacria et Euboea *Lips.* 12 peloponnesos α | aut *pro* autem B | naevuli quidam *Lips.*: nebuli quidem ω 20 fretarum B 21 terris *seclusi* 22 a columnis V², *quod recepit Goldb.* a *om. cett.* columnas *Colv.* | dextros (*corr. m. post.*) B *et item* V dextrum *vulg.* dextrorsum *Hild.* dextrorsum ⟨et laevorsum⟩ *Brakman* 23 syrtis B

cum, quod quidem Aristoteles Sardiniense maluit dicere, tertium Hadriaticum pelagus. his iungitur Siculum et post Creticum, eo indiscretis finibus Pamphylium, Assyrium, Aegyptium. sed a latere Aegaea et Myrtoa sunt maria. his sane vicinus est Pontus, sinus amplissimus maris nostri, cuius extremus recessus in Maeotim senescit; ex Hellesponti fonte concipitur vestibulumque eius Propontis
301 vocatur. ab ortu solis Oceanus est Indicum et Persicum mare conferens; hinc patescunt finitima Rubri maris, quae per angustas longinquasque faucis in Hyrcanium et Caspium flectuntur sinus, ultraque profundae vastitatis esse maria creduntur; deinde paulatim Scythicum et † Hiberum freta et rursum mare, per quod Gallicum ⟨sinum⟩ atque Gaditanas columnas circumvectus Oceanus orbis nostri metas includit.

VII Sed in altera parte orbis iacent insularum aggeres maximarum, Britanniae duae, et Albion et Hibernia, ⟨iis⟩
302 quas supra diximus [esse], maiores. verum hae in Celtarum finibus sitae sunt. minores vero ultra Indos Tapro-

Pseudoaristot. περὶ κόσμου c. 3 p. 393a27—b15 Bkk.

2 pos(t) (*corr. m. post.*) B 3 ei *pro* eo *Kroll, sed dativi formae* isto, illo, ipso *apud Apul. occurrunt; cf.* eo *Asclep. init.* | Pamphylium *ed. Iunt. II*: pampylum *vel* pamphylum *codd.* 4 sed a latere Aegaea et Myrtoa *scripsi* (*cf. Florus, Verg. orat. an poeta, p. 107, 16 Halm*): sedanteregeamyrtoa B sed ante rege timyrtoa MV sed ante regea mirtoa PL sed ante regia myrtea (*corr* -oa?) F sed ante Aegaea et Myrtoa *Flor.* 7 Propontis *ed. Ald.*: propintus B propinquius MV propontius δ 8 persiccum B 11 sinus *scripsi*: sinū *ex* sinul (l *elut.*) *corr. m. post.* B simul *cett.* sinum *Kroll* | ultraque BM: utraque *cett.* 12 Hiberum: hibernum *edd. nonn.* Iberium *Scal.* Hyperboreum *Cluver.* Hibernium *Goldb.* 13 sinum *add. Scal.* 17 duae et: et *om. edd. vett.* | Albion *ed. Ald.*: labeon ω | Hibernia *Scal.* (hybernia F): hiberni (*vel* iberni) ω Ierna *ed. Ald.* | iis *add Vulc.* 18 supra ea B | esse *seclus. Goldb.* | Celtarum *ed. Ald.*: celtorum ω (*sed* a *ex* o *corr. m. 2* V *et* L) 19 ⟨haud⟩ minores *Vulc.* ⟨non⟩ minores *Wow.* '*particula negativa omissa est etiam in Pseudoaristotelis codd.* OPQR (*Bkk.*)' *Goldb.* | indros B | Taprobane *Oud.*: bromanae (*vel* -e) ω

bane atque Loxe. multaeque aliae orbis ad modum spar-
sae hanc nostram insulam, id est hunc terrarum orbem, 303
quam maximam diximus, ornamentis suis pingunt et
continuatione ut quibusdam sertis coronant. at enim huius
terrae, quam nos colimus, latitudo XL, prolixitas LXX
⟨milia⟩ stadiorum tenet. sed in divisione terrarum orbis Asiam
et Europam et cum his vel, sicut plures, praeterea Africam
accepimus. Europa ab Herculis columna usque Ponticum
et Hyrcanum mare ac flumen Tanain fines habet, Asia
ab isdem angustiis Pontici maris usque ad alias angustias,
quae inter Arabicum sinum et interioris ambitum pelagi 304
iace⟨n⟩t, constringiturque Oceani cingulo et societate nostri
maris. sed alii alio modo, ut quidam ab exordio Tanais
ad ora Nili Asiae terminos metiuntur. Africam vero ab
isthmo Rubri maris vel ab ipsis fontibus Nili oriri putan-
dum eiusque in Gaditanis locis fines esse. sed ipsam
Aegyptum plerique Asiae, plures Africae adiungunt, ut
insularum situs sunt qui cum finitimis locis conprehen- 305
dunt et sunt qui in alia divisione eas habendas putant.
de mari satis dictum.

Terreni vero casus ita se habent. exhalationes duas VIII
physici esse dicunt: tenues et frequentes vixque visibilis

Pseudoaristot. περὶ κόσμου c. 3 et 4 p. 393 b 15 — 394 a 10 Bkk.

1 Loxe *Salmasius*: zoxae BP zosae MV zoxe L oxae F | orbis *Is. Vossius*: urbes ω breves *Salm.* 2 idem *pro* id est BMP 3 quē maxi^{u}mam (*corr. m. post.*) B 6 milia *add. ed. Iunt. II* 7 europam (o *ex corr. m. post.*) B | et////cum (*2 litt., fort.* ae, *elutae*) B | ^{h}iis (*corr. m. post.*) B | praterea B 8 ab Herculis columnis *vulg.* (*cf. p. 141, 18 et 22*): ad herc. columnas ω (ab herc. columna F) 10 iisdem B 11 que *pro* quae B | sinum *ed. Ald.*: finem ω (e *in ras.* B) 12 iacent *Wow.*: iacet ω 14 aside B | africam F: africa *cett.* 14—15 ab isthmo Rubri *ed. Ald.*: abi^{h}smonibri (h *ss. m. post., ut sit* ab his) B ab ismo (*vel* aismo) rubri *cett.* 18 qui cum *Vulc.*: que eam B quae eam MV qui eam δ 19 putent BPL 21 exhalationes V² *et vulg.*: et halationes α (h *exp.* B) et elationes δ 22 physici *ed. Iunt. II*: fassicae (*vel* -e) ω

ad superiora minari ex gremio telluris, nebularum agmina
halitu amnium fontiumque constare matutinis temporibus
crassiora. harum altera arida est atque ⟨fumo⟩ con-
similis, quae terrenis eructationibus surgit, altera umida et
306 egelida; hanc ex fluentis superioris vaporis natura ad se
trahit. et ex hac quidem nebulae, rores, pruinae, nubila
et imbres, nix atque grando generantur; de illa superiore,
quam diximus siccam, venti atque flamina et fulmina
atque aliae ignitorum telorum gignuntur plurimae species.
nebula constat aut ex ortu nubeculae aut ex eius reliquiis;
est autem exhalatio vaporata et umore viduata, aëre
crassior, nube subtilior, cui serenitas obolitionem infert.
nec aliud est serenitas quam aër purgatus caligine et
perspicue sincerus. ros vero nocturnus umor est, quem
307 IX tenuiter serenitas spargit. glaciem dicimus umorem sereno
rigore concretum. huic est pruina consimilis, si mollitia
roris matutinis frigoribus incanuit. ergo aër actus in
nubem nubilum denset et ea crassitudo aquarum fetu
gravidatur. imber exprimitur, cum inter se urguentur
nubium densitates; totque diversitatibus pluviae cadunt,
quot modis aër nubili condicionibus cogitur. raritas enim
308 nubium stillicidia dispergit, quae concretae vehementius

Pseudoaristot. *περὶ κόσμου* c. 4 p 394 a 10—31 Bkk.
19 cf. Lucret. I 253; VI 517 sq.

---

1 manare *pro* minari *Kroll* | ex gremio *Oud.*: et gremio *ω* | nebularum *ex* nubularum *corr. m. fort. 1* B 2 halitu B alitu *cett.* | a^h^mnium (h *ss. m. post.*) B 3 fumo *add. Vulc.* 4 eructationibus *Colv.*: reluctationibus *ω* 5 /gelida (e *eras.*) B gelida M 6—7 nubila et imbres PL: nubilae imbres (i *ex* u *corr. per ras.*) B nubilo et imbres MV nubila imbres F 8 venti L: verti *cett.* | atque flamina *Scriv.*: aquae (*vel* -e) flammae (*vel* -e) *ω* 9 alia// (e *eras.*) B 10 nubula *in* nubila *corr. per ras.* B | reliqui(i)s (*corr. m. post.*) B 12 abolitionem F 18 nebulum B 21 quod BM | nubilis F nubium *ed. Rom.* | cogitur *δ*: cogitatur *α* (cogit^a^tur: a *ss. m. antiq.* B) 22 congre^ga^tae (ga *add. m. post.*) B

effundunt agmina largiora et eas aquas, quas imbres vocamus, a quibus hoc differunt nimbi, quod ⟨imber⟩ pluvia iugis est, nimbus autem quanto repentinus est, tanto vehementior, et quanto inprovisior praecipitatio eius est, tanto breviore casu restringitur. nivem autem colligi iactatione densarum nubium constat; nam priusquam in aquam defluant, fractae ac discissae spumas agitationibus suis faciunt et mox gelatus umor rigore frigoris inhorrescit.
haec ⟨cum⟩ victis nubibus crebrior ad terram venit, eam 309
nos tempestatem ningorem vocamus. grandinare vero tum dicitur, cum aqua nubem lapidoso pondere et festinante perrumpit eademque vi et ad pernicitatem incitat⟨a⟩ et cedente aëris molli ⟨li⟩quore praecipitata[m] indignatione vehementi humum verberat.

Haec sat erit de iis, quae udis elementis aquosisque 310 X
contingunt. verum aliae sunt passiones, cum inpulsu frigidioris aëris venti generantur. nec enim aliud est, nisi multum et vehemens in unum coacti aëris flumen. hunc spiritum dicimus, licet spiritus ille etiam nominetur, qui animalia extrinsecus omnia [vitalia] tractus sui vitali

Pseudoaristot. περὶ κόσμου c. 4 p. 394a31—b11 Bkk.

2 hoc Bδ: eo MV | imber *add. Vulc.* | pluvia (p *ex* f) B 3 quanto *ex* quamto *corr. p. ras.* B 4 est eius *cum traiect. sign.* B 5 nivem *scripsi*: nives ω 7 depluan(t) (*corr. m. post.*) B | discissae (*alter.* i *in ras.*; *fuit fort.* u) B 8 gelatus umor rigore frigoris inhorrescit F: gelatu sūmo rigore frigoris// (s *eras.*) inhorrescit (*verba* gelatu *usque ad* frigoris *in ras. add. m. post. XII. s.*; galatu (*sic*) *in marg. adscr. eadem, ut vid., man.*) B gelatae summo rigore (*om.* frigoris) inhorrescunt *cett.* 9 cum *addidi* | crebior B 11 dicitur *scripsi* (*cf. p. 150, 13*): dicis ω dicimus *Scriv.* 12 incitata *Lips.*: incitat ω incita *Bosscha* 13 molli liquore *scripsi* (*cf. p. 137, 11*: aëris liquiditate): molli curae (*vel* -e) ω (molli cura F) *alia alii temptarunt* (mollitura, molli natura, mollitia, mollitie, molli aura, molli cute, molli corpore, molli aequore) | praecipitata *Lips.*: praecipitatam ω 14 ververat B 15 *lacunam post* erit *signif. Goldb., verbum veluti* dixisse *excidisse ratus* haec sat erunt F | de iis *ed. Ald.* de his ω | odis (u *superscr.*; *corr. m. post.*) B 16 in inpulsu B | inpulsu (l *ex* s *corr.*) B 20 vitalia *seclusi*

et fecunda ope vegetat. siccos et superioris mundi flatus
ventos nominamus, auras vero umidos spiritus. sed ven-
torum binae sunt species. qui † facti e telluris halitu
constant, terrigenae nuncupantur; at illi, qui excutiuntur
311 e sinibus, ἐγκολπίαι Graece sunt nominati. consimiles his
haberi oportet eos, qui de fluminibus, lacubus et stagnis
vel ruptis nubibus per aperta caeli manare adsolent rur-
sumque in crassam nubium speciem conglobantur, vel
cum imber effusus conciet flabra, quae ἐξυδρίαι Atticorum
312 XI lingua vocitantur. nunc nomina exsequemur regionesque
ventorum. euros oriens, boreas septemtrio, occidens zephy-
ros, austros medius dies mittit. hos quattuor ventos alii
plures interflant. nam quamvis eurus sit ventus orientis, idem
tamen caecias accipit[ur] nomen, cum eum oriens aestivus
313 effundit; apeliotes autem vocatur, cum aequidianis exorti-
bus procreatur; eurus est, quando hiemalis ortus portis
emittitur. zephyrus vero, quem Romana lingua favonium
314 novit, hic cum de aestivis occiduis partibus surgit, Iapy-
gis nomine cieri solet; at ille, qui propior est aequi-
noctiali plagae * * * [notus] et aquilo, qui VII stellarum

Pseudoaristot. περὶ κόσμου c. 4 p. 394b11—29 Bkk.

---

1 superioris *Lips. et Salm.*: superiores ω **3** binae *in ras. add. m. post. XII. s.* B | *pro* facti e *vel* madefactae *vel* umefactae (*Pseudoarist.*: νενοτισμένης) *legendum censeo* **4** terriginae B **5** ἐγκολπίαι *Goldb.*: εΝΗΤεΔε ω (eNeTeDe F) encolpiae *ed. Iunt. II* **7** adsolent (e *ex* l *corr.*) B **9** imber effusus: inverof | fusus (of *ex* bo *corr.*) B | ἐξυδρίαι *Goldb.*: exopia ω exhydriae *ed. Iunt. II* **12** mittet (*corr. m. fort. 1*) B **13** interflant *Vulc.*: interfluant ω (u *del. m.* 2 V; interfluunt F) **14** caecias *Vulc.*: aparcias BL aspartias M apartias VPF | accipit *Oud.*: accipitur ω | aestivus *ed. Ald.*: aestivo ω *cf. Alfr. Kirchhoff, p. 46* **15** effundit; apeliotes *Oud.*: effunda ãta; eliontes B effundat aeliontes *cett.* (ef|fluat [*ex* ef|dat *corr.*] elyontes F) apeliotes *iam. ed. Ald.* | aequidianis exortibus *Scal.*: meridianis montibus α meridianis ex montibus δ medianis exortibus *Salm.* **17** romana δ: romani α **19** propior *Lips.*: prior ω **20** *lacunam cum Salmasio signif. Goldb. et* notus *seclusit*

regione generatur, et huic vicinus est aparctias; hic [pro-
pior est] *** ad diem medium. thrascias et argestes
sunt indidem flantes. austrorum in nominibus illa est
observata diversitas; namque cum de abscondito polo fla- 315
tus adveniunt, notus est, euronotus ille, qui inter notum
atque eurum medius effringit, ex alio latere libonotus
ex duobus unum facit. excursores venti habentur, qui XII
directo spiritu pro⟨flant⟩; flabris reciprocis caecias putatur
esse. et quidam hiemales habentur, ut noti; etesiae fre-
quentiores sunt aestate animis septemtrionis ac zephyri 316
temperatis. veris ornithiae venti appella⟨n⟩tur, aquilonum
genus ex aëre prosati, minore nisu nec iugi perseverantia
spiritus perferentes. at enim procellosus flatus cata⟨e⟩gis
dicitur, quem praefractum possumus dicere, ventus qui 317
de superiore caeli parte submissus inferiora repentinis
inpulsibus quatiat. turbo autem dicitur, qui repentinis
flabris prosilit atque universa perturbat. vertex ille est

Pseudoaristot. περὶ κόσμου c. 4 p. 394 b 29—395 a 7 Bkk.
11—13 Aristot. Meteorol. II 5 p. 362 Bkk.

---

1 aparctias *ed. Ald.*: aparcias B apartias *cett.* | proprior B 1—2 propior est *seclusi locum corruptum sic emendandum censeo*: hic ⟨flat a polo⟩ ad diem medium (*Pseudoarist.*: ἀπαρκτίας δὲ ὁ ἐφεξῆς ἀπὸ τοῦ πόλου κατὰ τὸ μεσημβρινὸν πνέων) 2 thrascias et argestes *ed. Iunt. II*: tracius et ergastes ω 2—3 thrascias *usque ad* flantes *seclus. Goldb.* 3 nomi(ni)bus (*corr. m. fort. 1*) B 4 deobscondito (*corr. m. post.*) B 6 atq,u//rum (at *ex* ut *corr.*; e *ss. m. post.*; i, *ut vid.*, *eras.*) B | libonotus *edd.*: lybinotus *vel* libinotus *codd.* 8 spiritum B | proflant; flabris *Salm.*: pro flabris ω 9 et quidam *Flor.*: equidem ω (aequidem B) | hiemales *ex* hiemalis *corr. m. post.* B | & taesiae B 10 animis *Salm.*: annis ω | septemtrionis M: septemtriones *cett.* 11 temperatis *Hild.*: tempestates ω temperati *Salm.* | ornithiae *ed. Ald.*: atnitiae B adnitiae *vel* atniciae *cett.* | appellantur *ed. Ald.*: appellatur ω 12 iugi F: iungi *cett.* (*sed* n *del. m. 1* P) 13 cataegis *ed. Ald.*: catagis ω 14 pos(s)umus (*corr. m. post.*) B 16 quatiat LF: quatiatur *cett.*

vel, uti dicitur, pinea[s], cum torquetur humus arida et ab infimo erigitur ad summum. anaphysemata Graeci vocant eos spiritus, qui de fundo vel hiatibus terrae explosi ad
318 superna m⟨in⟩ari[s] solent. hi cum maiore vi torti sunt, fit procella terrestris; a Graecis prester nomen accepit. sed cum tormentum illud ire pergit densasque et [t]umidas nubes prae se agit coactasque collidit, fit sonitus et intonat caelum non secus, ac si commotum ventis mare cum ingenti fragore undas litoribus inpingat.

XIII At Favorinus, non ignobilis sapiens, haec de ventis refert: quattuor mundi plagas inparem numerum habere ventorum eo, quod ortus et occasus mutentur terna vice cum solis accessu, meridies et arctos isdem semper regio-
319 nibus sint notatae. ortus quippe accepimus aequinoctialem et solstitialem ⟨et⟩ brumalem, quibus occasus redduntur eadem intervallorum ratione conversa. eurus igitur aequinoctialis orientis est ventus nec invenuste † nominis eius fictus est, quasi ἀπὸ τῆς ἑῴας ῥέων. idem ἀφηλιώτης a

1—9 Pseudoaristot. περὶ κόσμου c. 4 p. 395a7—14 Bkk. 10 c. XIII et XIV excerpta sunt e Gell. noct. Att. l. II c. 22

1 pinea *ed. Rom.*: pineas ω 4 minari solent *scripsi* (*cf. p. 144, 1*): maris solent ω evadere *post* solent *interpol.* F meare solent *Salm.* iactari sol. *Hild.* glomerari sol. *Goldb.*, *parum feliciter* | hic cum B 5 pre//ter (s *eras.*) B | accipit B 6 tormentum B: tormento *cett.* | umidas *Goldb.* (*in not.*): tumidas ω 7 prae se VF: praesse B presse PL 8 sicommotum (nē *supra* mo; *corr. m. post.*; mo *ex* mu *corr.*) B 9 flogore (a *supra* o; *corr. m. post.*) B | inpingat *Vulc.*: inpingit ω 10 at *ex* ad *corr. m. post.* B | Favorinus *edd.*: fabrinis B faborinus *cett.* (faborinis V[1]) | ignobilis *ex* ignovilis *corr. m. post* B 11 quattuor δ: III α 13 cum *om.* α | artos B | semper regionibus B: per regionibus VF semper per regionibus PL 14 sunt *pro* sint F | accipimus α | aequin//tialem (oc *supra*; a *eras.*; *corr. m. post.*) B 15 solistitialem B | et *add. Goldb.* *alii* et *ante* solst *del.* 16 conversa *Vulc.*: conversae (*vel* -e) ω 17 nominis sensus *Goldb.* 18 quasi *Oud.*: quis ω | ΑΠΟΤΗϹεωαϹρεωΝ *recte* B *errant cett.* | ἀφηλιώτης *edd.*: αΦΗΛεΙωΤΗϹ α *mendose* δ

Graecis, subsolanus a nostris solet dici. sed qui ab aestiva et solstitiali orientis meta venit, *βορέας* Graece, Latine aquilo nominatur; hunc *αἰθρηγενέτην*, quod sit alias serenus, Homerus ait, *βορέαν* vero *ἀπὸ τῆς βοῆς*, quod non sine clamore soleat intonare. tertium ventum, qui ab oriente hiberno venit, Graeci *εὐρόνοτον* vocant. item occidui sunt tres: caurus, qui Graece *ἀργέστης* vocatur, is est adversus aquiloni; item favonius, *ζέφυρος*, euro contrarius; tertius Africus, *λίψ*, Vulturno reflat. meridies vero quoniam eadem semper regione signatur, uno austro, [id est] *νότῳ*, flatur *** et is septemtrio habet
cognomentum, qui tamen Graeca lingua *ἀπαρκτίας* dictus 820
est. horum nomina plerique commutant de loco vel simi- XIV
litudine aliqua, ut Galli circium appellant a turbine eius et vertice, Apuli Iapyga [eum] ex Iapygiae sinu, id est ex ipso Gargano, venientem. hunc caurum esse manifestum, nam et ex occiduo venit et Vergilius eius sic meminit:

---

1 a *ante* nostris *om.* B **2** aestivae & B | solstitiali *ex Gell. Flor*: sol//stitiales (i *eras.*; -is *ex* -es *corr. m. fort. 1*) B solstitialis *cett.* | metabenit B | *βορέας edd.*: boreas ω **3** *αἰθρηγενέτην ex Gell. ed. Ald*: aetgeneten α aete ergeneten (*vel* -m) δ (aetergeneten F; e *ss.*) **4** honores *pro* Homerus B herenes V | *βορέαν Oud.*: borean α boream δ | *ἀπὸ τῆς βοῆς ed. Ald.*: αΠΟΤΗCbOHIC B απο THC bOIC V *mendosius cett.* **6** Volturnum Latini *post* venit *add. Rohde* | *εὐρόνοτον ed. Ald.*: euronotum B euronothum *cett.* **7** *ἀργήστης ed. Ald.*: ergastas α ergastes V²δ **8** aquilonitem α | favonius F: favonium *cett.* | *ζέφυρος ed. Ald.*: zefyrus *vel simil. codd.* **9** *λίψ ed. Iunt. II*: lybs ω (lybs *ex corr. m. 1* B lipsi V) **11** id est *om.* α | *νότῳ edd.*: noto (*pr.* o *ex* a *corr. m. 1*) B noto *vel* notho *cett.* | perflatur *pro* flatur *Goldb.* | lacunam *signif. Goldb.* **12** *ἀπαρκτίας ed. Iunt. II*: aΠaPKeiae B αΙΤαρΚεΙαC V *alia alii* **13** humor *pro* horum α (*siglum* 〉 *post* humor *add. m. post.* B) **15** vertigine *pro* vertice *ex Gell. Kroll* | Iapyga *ex* α (iapyga eum) *recepi et* eum *seclusi*: iapiageum PL Iapygeum F Iapygem *edd. vett.* Iapygem ventum *Koziol* | sinuidest (t *ex parte delet.*) B **16** Gargarno (u *ss. m. post.*) B **17** et occiduo (ex *add. m. fort. 1*) B

⟨illam inter caedes pallentem morte futura
fecerat ignipotens undis et Iapyge ferri.⟩

⟨est⟩ etiam caecias ventus, quem Aristoteles ait ad se trahere nubes et est adagium de eo tale:

ἕλκων ἐφ' αὑτὸν ὥστε καικίας νέφος.

321 sunt etesiae et prodromi spirantes ex omni parte eo tempore aestatis, quo Canis oritur. Cato autem in libris originum non circium sed cercium dicit. is ventus cercius, cum loquare, buccam inplet, armatum hominem, plaustrum oneratum percellit.

XV Nunc de nubium praestigiis referam. quando illa perfracta nubecula patefecerit caelum, ignescunt penetrabiles spiritus emicatque lux clara; hoc dicitur coruscare. et ordine quidem tonare prius oportet, postea coruscare. quippe ubi nubes ⟨nubis⟩ adflictrix ut ignifera saxa ad-
322 trita inter ⟨se⟩ *** sed obtutus velocius inlustriora contingit, auditus dum ad aures venit, seriore sensu concipitur; ita prius coruscare caelum creditur et mox tonare; tum quod ignes pernicitate sui claricantes dicto citius

1 Verg. Aen. VIII 709 sq. 5 Aristot. Meteorol. II 6 (p. 364 b 13 Bkk.) 11 cf. Lucret. VI 160 sq. 11—p. 152, 14 Pseudoaristot. περὶ κόσμου c. 4 p. 395 a 14—b 17 Bkk.

1 *versus Vergilianos, quos om. codd., add. ed. Iunt. II* 3 est *ex Gell. add. vulg.* | caecias *ed. Iunt. II*: caelias *vel* celias *codd.* 5 *ἕλκων—νέφος ex Aristot. Goldb.*: εΛΚωΝεΦε ΛΥΤΟΝωΟCΥΚεΚΙαCΝεΦΟC B *et sic* V, *nisi quod* eΦαΥΤΟΝ et ΝΦΟC *habet mendosius cett.* 6 prodormi *α* | partes *α* (*sed* e *del. m.* 2 V) 7 quo Canis oritur *edd vett., quod prob Alfr. Kirchhoff, p. 47*: quod de Cane oritur ω quod cum Cane oritur *Oud.* | //originum (*una litt. eras.*) B 8 dititiis ventus *in* dicitur ventus *corr. m. 1* B 9 loquare F: loquaere B loquere V locare PL | plastrum B 15 nubis *post* nubes *add. Sinko* 16 inter sed obt. B inter se obt. V inter se dat obt. *δ* se *addidi et lacunam significavi* ignem *ed. Iunt. II post* adflictrix, *Goldb. post* inter se *add.* (*recepto* dat) 19 tum *ed. Rom.*: tunc *ω* | pernicitates ui(ri)clariacantes (ri *ss. m. post.*) B clariacantes *etiam* V

nostrae visioni convibrant, sonus aëre verberato, id est alterius indicio, sentitur. flamma vero illa, quam nubium adflictus excussit, si robustiore fuerit incendio, inpetu devehitur in terras et fulminis habet nomen atque formidinem. presteras vero nominamus, cum flammarum in illis minus fuerit. sed si ignitum non erit fulmen, typhon vocatur. sceptos generale omnibus, quae e nubibus cadunt, XVI
nomen est. atque ut breviter conprehendam cuncta generis 323
eiusdem, eorum, quae eiusmodi praestigias humanis inferunt oculis, alia sunt quae speciem tantum spectaculi pariunt, alia quae nihil ab eo, quod ostenderint, mentiuntur. fallunt imaginem irides et arcus et talia, vere videntur cometae, fulgores et similia pleraque. irin, vulgo arcus, esse aiunt, quando imago solis vel imago lunae umidam et cavam nubem densamque ad instar speculi colorat et medietatem orbis eius secat. rhabdos autem generis eiusdem ad virgae rigorem perlongum colorata nubecula dicitur. alysis est catena quaedam luminis clarioris, per solis ambitum in se revertens. † hanc et irida illud est, quod iris multicolora est et semicirculo
figurata proculqu⟨e⟩ a sole atque luna, catena clarior est 324
astrumque ambit orbe incolumi, corona non discolora. selas autem Graeci vocant incensi aëris lucem. horum

---

1 convibrant *edd.*: conbib(e)rant (*alter.* b *ex* u *corr. m. 1*; e *add. m. post.*) B conbibrant *cett.* | aera verberati B, *unde conieci* aëra verberat, id est **6** flumen α (*sed* fulmen *corr. m.* 2 V) | tyfo α **7** omnibusque nubibus B | cadunt (u *in ras.*) B **8** aquae *pro* atque B **9** praestigias humanis *scripsi*: praestigiasumeris (su *in* hu *corr. m. post.*) B praestigias sumeris V praestigias *vel* praestigia meris δ **12** irides (i *supra* e, *corr. m. post.*) B | arcus *susp.* (*Pseudoarist.*: ῥᾶβδοι) **14** vulgo arcus *susp.* **16** colorat et *ed. Rom.*: coloratae (*vel* -e) ω **18** alysis B: alypsis *cett.* **19—20** hanceturida B | ⟨inter⟩ hanc et irida illud ⟨inter⟩ est *ed. Iunt. II* hanc et irida illud interest *nonnulli* ς hanc inter et irida illud est *Hild.* (*in not.*) inter hanc et irida illud est *Goldb.* **20** semicirculo (o *ex* i *corr. m. 1*) B **21** proculque a *Salm.*: procul qua ω | catena (c *ex* e *corr.*) B

pleraque iaculari credas, alia labi, stare alia. iaculatio igitur tunc fieri putatur, † cineris meatu atque inpulsu generatus ignis celeritate sui * * * cursumque rapidae festinationis ostendit. stativa lux est, quam sterigmon illi vocant, sine cursu iugis et prolixa lux stellaeque fluor et ignitus liquor, qui cum latius quatitur, cometes vocatur. sed plerumque luces istae repentino ortae statim occidunt; † et item, ut se ostenderint, aliquantisper 325 manent. et sunt multa eiusmodi imaginum genera, quas Graeci faces et docidas et pithos et bothynos ad eorum similitudines, unde dicta sunt, nominant. et quaedam vespertina * * * sunt notiora; † paria de septemtrione vel meridie videas; nihil horum quippe loci vel temporis in nascendo ⟨f⟩idem potuit obtin[g]ere.

326 XVII De ⟨aë⟩re tantum habuimus, quod diceremus. sed non aquarum modo tellus in se fontis habet, verum spiritu et igni fecunda est. nam quibusdam sub ter⟨ris⟩ occulti sunt spiritus et flant incendia indidem ⟨et⟩ suspi-

Pseudoaristot. περὶ κόσμου c. 4 p. 395 b 18—20 Bkk.

1 alia stare F, *quod prob. Alfr. Kirchhoff, p. 46* **2** cineris meatu ω (cum cineris meatu F) cum meatu aëris *edd. vett.* cum aëris meatu *Oud.* cum citi aëris meatu *Hild.* | inpulsu F: inpulsae (*vel* -e) *cett.* **3** *post* sui *lacunam signif. Goldb.* | cursum (*om.* que) F **5** iugis et *Lips*: iugi sed ω | fluor& (*corr. m. post.*) B **7** luces: s *olim induct. supra vers. restituit m. post.* B **8** interdum ut se ostenderunt *pro* et item ut se ostenderint *Koziol* **9** manent. et sunt multa eiusmodi *Goldb.*: manenet sine ulla eiusmodi B manent et sine ulla eiusmodi *cett.* (sine ullo, o *in ras.*, F) manent. sunt et alia eiusmodi *Colv.* manent et sunt nonnulla eiusmodi *Koziol* **10** pithos *edd.*: pithus, pythus *vel simil. codd.* **12** *lacunam post* vespertina *ex Rohd. sententia significavi* | raro *pro* paria *Elm.* perraro *Hild.* perrara *Goldb.* **14** fidem potuit obtinere *Kroll*: idem potuit obtingere ω | optingere (c *supra* p, *corr. m. post.*) B **15** de aëre *ed. Iunt. II*: de re ω **17** quibusdam (bus *lin. infer. notat.*) B | sub terris *Oud.*: subter ω '*fuisse etiam potest* quibusdam ⟨locis⟩ subter' *Novák* **18** et *add. Goldb.* | flantes incendia ind. susp. *vulg.* | suspirant *in* inspirant *corr. m. antiq.* B

rant, ut Liparae, ut Aetna, ut Vesuvius etiam noster solet. illi etiam ignes, qui terrae secretariis continentur, praetereuntes aquas vaporant et produnt longinquitatem flammae, cum tepidiores ⟨a⟩quas reddunt, viciniam, ⟨cum⟩ ferventiores opposito incendio aquae uruntur ut Phlege- 327
thontis amnis, quem poëtae [s]ciunt in fabulis inferorum. at enim illos quis non admirandos spiritus arbitretur, cum ex his animadvertat accidere, ut eorum religione lymphantes alii sine cibo potuque sint, pars vero praesagiis effantes futura? quod in oraculis Delphicis est ceterisque. vidi et ipse apud Hierapolim Phrygiae non adeo ardui montis vicinum latus nativi oris hiatu reseratum et tenuis neque editae marginis ambitu circumdatum. sive illa, ut 328
poëtae volunt, Ditis spiracula dicenda sunt, seu mortiferos anhelitus eos credi prior ratio est, proxima quaeque animalia et in alvum prona atque proiecta venenati spiritus contagione corripiunt et vertice circumacta[s] interimunt. antistites denique ipsos semiviros esse, qui audeant propius accedere ad superna semper sua ora tol-

Pseudoaristot. *περὶ κόσμου* c. 4 p. 395b21–30 Bkk.

5 Verg. Aen. VI 265 11 cf. Strab. XIII 4, 14 (629–630C); Plin. Nat. Hist. II 93 (95); Cassius Dio LXVIII 27; Amm. Marc. XXIII 6, 18; Photius Biblioth. 344 sqq. Bkk.; Lydus de ostent. 53. — Lucret. VI 756 sq., 818 sq. 13 Verg. Aen. VII 568

1 ut Liparae, ut Aetna, ut Vesuvius *scripsi*: ut liparaeuutaetnautuaesubius B ut liparae uita et nautae subius (-na uesubius *corr. m. 2*) V ut lypara euuta hetna ut uesubius F ut Liparae cunctae, ut Aetna, ut Vesuvius *Oud.* 2 continetur α 4–5 *verba* aquas *usque ad* ferventiores *om* α | aquas *ed. Rom.*: quas ω | cum *add. ed. Iunt. II* 5 opposito δ: o(p)positioẽs (p *ss. m. post.*; ẽs, *quod alia manu additum videtur, elutum in fine vers.*) B oppositio V *de totius loci scriptura valde dubito* | uruntur ut F: uruntur et *cett.* *fort.* urunt, ut et 6 petae *pro* poetae B | ciunt (*i. e. invocant; cf. Verg. Aen. VI 264–265*) *scripsi*: sciunt ω 8 lymfantes *ex* lympantes *corr. m. 1* B 12 hiatu reseratum δ: hiatur esse ratum B hiatus esse raptum V 14–15 mortifero | //anhelitu// (s *bis eras.*) B 17 contagine B | circumacta *ed. Iunt. II*: circumactas ω 18 semiviros *Colv. et Vulc.*: semiuiuos ω 19 audiant B | proprius B

lentes; adeo illis † cognitu est vis mali ad inferiora aëris
329 XVIII noxii crassitate densa inferiores quoque facilius adire at-
que percellere. saepe accidit, ut nativi spiritus per ter-
rae concavas partes errantes concuterent solida terrarum,
330 saepius, ut spiritus crescente violentia et insinuantes se
telluris angustiis nec invenientes exitum terram moverent.
horum motuum tam varia nomina quam diversi *** nam-
que obliquis lateribus proxima quaeque iactantes et acutis
angulis mobiles epiclintae Graece appellantur; sed qui
subsiliunt excutientes onera et recuperantes directis an-
gulis, brastae vocitantur; illi, qui abstrudere videntur,
331 chasmatiae dicti[s]; quorum inpulsu dissilit tellus, rhectae
sunt nominati. his passionibus contingit, ut quaedam
terrae expirent ⟨h⟩alitus, aliae vomant saxa, nonnullae
caenum; sunt quae fontes pariunt insolentibus locis pere-
grinorum fluminum sulcantes vias. ostae sunt motus,
quibus solum quatitur; palmatiae vero appellantur, quorum

Pseudoaristot. περὶ κόσμου c 4 p. 395 b 30—396 a 10 Bkk.

1 cognitus *pro* cognitu PL ut inferiora *pro* ad inferiora F *locum corruptum frustra emendare conati sunt vv. dd. Oud. haec protulit*: adeo illis cognita est vis mali, ad inferiora aëris noxii crassitate densati, inferiores quoque e. q. s., *ut* cognita est vis . . . adire atque percellere *hellenismus sit* 3 accedit (*corr. m. post.*) B 7 motum B | *post* diversi *lacunam significavi (fuitne* effectus?) 7—8 namque obliquis *Vulc.*: iamque albiquis ω 9 epiclintae *Colv.*: aepidete B epidete VF epedite PL | sed *om.* α, *sed v. 10 haec exhibet* B: et recuperantes (*ex* recupirantes *corr. m. post.*) directis angulis mobi(li)s (*corr. m. post.*) epiclete graece appellantur sed qui subsiliunt (*pr.* s *in ras.*) excutientes onera et recuperantes directis angulis brastae 11 vocitantur B: vocantur *cett.* 12 chasmatiae dicti *Scal.*: extimatiaedictis B existimati ae dictis V extimati edictis δ ch. dicti s⟨unt⟩ *Salm., quod recepit Hild., sed* sunt *sine causa probabili interponi iudicat Alfr. Kirchhoff, p. 41, n. 1* | rhectae *ed. Iunt. II*: recte *vel* rectae *codd.* 14 halitus *ed. Rom.*: alitus ω 16 ostae *recte* B: isti *cett.* 17 *post* solum *excidisse videtur Vulcanio, quod Pseudoarist. dicit* κατὰ μίαν πρόωσιν, *ut* una propulsione *fort.* quibus ⟨semel⟩ solum quatitur | palmatiae *recte* B: palmitiae *cett.*

pavitatione illa, quae trepidant, sine inclinationis peri-
culo nutabunt, cum directi tamen rigoris statum retinent;
mycetias vocatur taetri rudoris inquietudo terrena. audi-
untur mugitus interioribus gemitibus expressi[s], cum spiri- 332
tus invalidus ad terram movendam per aperta telluris
inventis itineribus *** his talibus marina sunt paria, XIX
cum fluctuum currentium mole nunc progressibus litora,
nunc recursibus sinus caesi quatiuntur. sentitur etiam
caeli marisque cognatio, cum menstruis cursibus lunae
detrimenta et accessus fretorum atque aestuum deprehen-
duntur.

Verum enimvero ut, quatenus possum, de universitate,
quod sentio, breviter absolvam, elementorum inter se
tanta concordia est, aëris, maris atque terrae, ut admi- 333
rari minus deceat, si illis eadem incommoda soleant ac
secunda contingere, particulatim quidem rebus ortus atque
obitus adferentes, universitatem vero a fine atque initio
vindicantes. sed quibusdam mirum videri solet, quod,
cum ex diversis atque inter se pugnantibus elementis
mundi natura conflata sit, aridis atque fluxis, glacialibus
et ignitis, tanto rerum divortio nondum sit eius morta-
litas dissoluta. qui⟨bus⟩ illud simile satisfaciet, cum in
urbe ex diversis et contrariis corporata rerum inaequalium
multitudo concordat; sunt enim pariter dites et egentes,
adolescens aetas permixta senioribus, ignavi cum fortibus,
pessimi optimis congregati. aut profecto, quod res est,

Pseudoaristot. περὶ κόσμου c. 4 et 5 p. 396 a 10—b 4 Bkk.

---

3 rudoris *Wow. et Scal.*: odoris ω 4 expressi *Kroll*: expressis ω 6 *post* itineribus *lacunam signif. Goldb.* progreditur *add.* F *nulla auctoritate alia alii temptaverunt* 7 fluctum B 8 recursibus *ex* resursibus *corr. m. 1 et 3* B 10 aest//uum (i, *ut vid., eras.*) B 16 *post* contingere *aliquid excidisse suspicor; alii anacoluthon statuunt* | quidem (e *ex* a *corr.*) B 18 sed *scripsi* (*Pseudoarist.*: καίτοι γε): et ω 22 quibus *ed. Rom.*: qui ω (quid, *sed* d *del.* P) 23 rerum: *fort.* generum (*Pseudoarist.*: ἐθνῶν) 24 multitudo *ex* muntitudo *corr.* B 26 at *pro* aut *Goldb.*

fateantur, hanc esse civilis rationis admirandam temperantiam, cum quidem de pluribus una sit facta et similis sui tota, cum dissimilia membra sint [cum] receptrixque sit naturarum ad diversa tendentium fortunarumque per varias fines exitusque pergentium. et, ut res est, contra-
334 riorum per se natura flectitur et ex dissonis fit unus
XX idemque concentus. sic mare et femineum secus iungitur ac diversus utriusque sexus ex dissimilibus simile animal facit; artesque ipsae naturam imitantes ex inparibus paria faciunt: pictura ex discordibus pigmentorum coloribus, atrisque ⟨et⟩ albis, luteis et puniceis, confusione modica temperatis imagines iis, quae imitatur, simile⟨s⟩ facit; ipsa etiam musica, quae de longis et brevibus, acutis et gravioribus sonis constat, tam diversis et dissonis vocibus harmoniam consonam reddit; grammaticorum artes vide, quaeso, ut ex diversis collectae sint litteris, ex quibus
335 aliae sunt insonae, semisonantes aliae, pars sonantes: hae tamen mutuis se auxiliis adiuvantes syllabas pariunt et de syllabis voces. hoc Heraclitus sententiarum suarum † mobilis ad hunc modum est ***: *Συνάψιες ὅλα καὶ*

Pseudoaristot. *περὶ κόσμου* c. 5 p. 396b 4 – 21 Bkk.
20 Diels, Die Fragmente der Vorsokratiker, I², p. 64 (Herakl. Fr. 10) Berlin 1906.

2 *fort.* quod quidem 3 cum *seclus. edd. vett.; retinet Goldb., qui cum Koziol. lacunam significavit* | receptrix (*om.* que) F 4 fortunarumque F: que *om. cett.* et fortunarum *ed. Rom.* 5—6 contrariorum—flectitur *insulsum, sed non mutandum: κλίνεται pro γλίχεται legisse videtur Apul.* 7 concentus *Wow.*: consensus ω | mare *adj. neutr. retinui cum Hild.* mas *praetulit Oud.* | femineū *ex* femineus *corr.* L femineus (*super* u *virgula erasa videtur*) F | secus B: sexus *cett.* 9 artes denique *pro* artesque F 10 faciunt F: facerent *cett.* '*nonne* facere videntur *vel* facere adparent? *Pseudoarist.: ἔοικε ποιεῖν' Goldb.* | namque *post* pictura *add.* F 11 et *add. Oud.* | albis *vulg.*: ab(h)is (*corr. m. post.*) BL ab his VPF 12 temperantis B | iis, quae *Oud.*: iisq; (h *superscr.*) (*corr. m. post.*) B usque *cett.* his, quae *ed. Rom.* | similes *ed. Rom.*: simile ω 16 et ex *pro* ut ex B 18 hae tamen B: et tamen *cett.* 20 mobilis: nubilis *Flor.* nodulis *Kroll* modulis *Scal. et al., fort. recte*

οὐχ ὅλα, συμφερόμενον διαφερόμενον, συνᾶδον διᾶδον· καὶ ἐκ πάντων ἓν καὶ ἐξ ἑνὸς πάντα.' sic totius mundi † XXI
suo instantia initiorum inter se inpares conventus pari 336
nec discordante consensu natura veluti musicam temperavit: namque uvidis arida et glacialibus flammida, velocibus
pigra, directis obliqua confu[n]dit unumque ex omnibus et ex uno omnia iuxta Heraclitum constituit; terramque et mare et caelum solis orbe et lunae globo ceterisque orientium et conditorum siderum facibus ornavit una illa † parte mixta, quam quidem cunctis constat inplicatam, dum † confusam, dum libera elementorum substantia, ignis, aquae, aëris, terrae, ex quibus huius sphaerae convexa et disparibus qualitatibus naturae conflata, adacta est fateri concordiam, et ex ea salutem operi machinata. principiorum igitur consensus sibi concordiam peperit, perseverantiam vero amicitiae inter se elementis
dedit specierum ipsarum aequa partitio et dum in nullo 337
alia ab alia vincitur modo vel potestate; aequalis quippe omnium diversitas, gravissimorum, levissimorum, ferven-

---

Pseudoaristot. *περὶ κόσμου* c. 5 p. 396 b 21—397 a 2 Bkk.

(*cf. A. Gell. XIV 4 in lemm.*) | adhūc (*lineolam add. m. post.*) B | *lacunam signif. Goldb.* est ⟨prosecutus⟩ *ed. Iunt. II fort.* est ⟨elocutus⟩ | *Heracliti verba* (*Συνάψιες—πάντα*) *restituit* ***Diels*** (*Zwei Fragm. Heraklits*): CYNΛΑΠΨΙΑΙCΟΔΑΚΑΙΟΤΧΟΔΑΨΙΝΦΙpΜϵΝΟΝΑΙΑΦϵΙpϵΜϵΝΟΝCYΝΑΔΟΝΑΙΑΔΟΝΑΙΚϵΓΑΝΓωΝϵΝΚΑΙϵΖϵΝΟCϵΙΓΑΝΓΑΫ B CYΝΑΤΙΨΙαΙCΟΛαΚαΙΟΤΧΟααΨΙΝΦΙpΜϵΝΟΝαΙαΙϵΙpϵΜϵΝΟΝCYΝΔΔΟΝΑΙαΔΟΝΑΙΚϵſαΝſCΟΝϵΝΚΔΙϵΖϵΝΟCϵΙſαΝſαΫ V 3 substantiam *pro* suo instantia *Salm. locus graviter adfectus* 4 concentu *pro* consensu *Elm.* (*cf. p. 156, 7*) 5 namque *om.* *δ* | uvidis *scripsi*: ubidis B humidis *cett.* | et *om.* F 6 confudit *edd. vett.*: confundit *ω* 7 omni *α* 8 et mare V² *et unus ς* (*et sic Salm.*): emere BV¹PL humore F mare *ed. Iunt. II* | ⟨cum⟩ solis orbe *Goldb. Pseudoaristotelem secutus* 10 *pro* parte *exspectes* potestas (*Pseudoarist.*: *μία ἡ διὰ πάντων διήκουσα δύναμις*) 11 dum confusam *α* dum confusa *δ* dum inconfusa *Flor.* 12—13 huiusphaerae B 14 concordiam F; concordia *cett.* 15 machinatam F

tium, frigidorum, docente ratione naturae diversis licet rebus aequalitatem deferre concordiam, ⟨concordiam⟩ omni[a]parentis mundi amoenitatem aeternitatemque repperisse.
XXII quid enim mundo praestantius? lauda, quam putas, speciem: portio a te laudabitur mundi; admirare, quam voles, temperantiam, ordinationem, figuram: hic et per hunc illud, quodcumque est, invenietur esse laudandum. nam quid, oro te, ornatum atque ordinatum videri potest, quod non ab ipsius exemplo imitat[ur]a sit ratio? unde
338 κόσμος Graece nomen accepit. euntibus sole atque luna ceteraque luce siderea per easdem vias custoditis temporum vicibus nec ullius erroris interiectione confusis digeruntur tempora et rursus incipiunt ⟨at⟩que pulchrae et fecundae ⟨h⟩orae procreantur nunc aestivos vapores revolventes, nunc pruinas hiemis circum referentes; dierum etiam noctiumque curriculis ordiuntur menses, ⟨menses⟩ texunt annos, anni seriem conficiunt saeculorum. et hic quidem mundus magnitudine inmensus, cursibus rapidus, splendore perlucidus, valenti habitudine, pubertate iuvenali † causa. hic animalium nantium atque terrestrium pinnigerarumque cunctarum distinxit genera, species separavit
339 fixitque leges vivendi atque moriendi. ex hoc animantia vitalis spiritus ducunt. ⟨hinc⟩ illi statis cursibus temporum

Pseudoaristot. περὶ κόσμου c. 5 p. 397 a 2 – 20 Bkk.

2 concordiam *add. Vulc.* | omniparentis *Vulc. et Lips.*: omnia parentis ω *cf. tamen Hild. ad Metam. XI 11* 3 peperisse *Salm.* 4 potes *pro* putas *Lips.* pote *vel* potis *Oud., sed intellege 'quam putas laudandam'* 5 admirare *ed. Rom.*: admiror ω 9 imitata *Lips.*: imitatura ω 10 κόσμος *edd.*: cosmos ω 13 atque pulchrae *ed. Rom.*: quae pulcrae BP que pulcrae VL pulcraeque F 14 fecundae horae *ed. Rom.*: facundae orae ω | nu^{c}naestivos (*corr. m. post.*) B | vopores B 15 circumreferentes α circumferentes δ, *quod receperunt edd.; sed* circumferre *h. l. minime convenit fort.* rursum *vel* secum referentes 16 menses *add. Lips.* 20 hic causa F | pinnigerarumque PL: pignigerarumque α (*corr.* V^{2}) pennigerorumque (*et* cunctorum) F 23 hinc *addidi* | illi statis BL (*sed* illis ta(n)tis *corr. m. post.* B): illi stati V illi satis P illinc statis F

eventus, qui admirationi solent esse, cum vel inter se
ventorum proelia ciuntur vel disiectis nubibus fulminat
caelum et tempestates inter se serenae hibernaeque con-
fligunt, micant ignes, imbres rumpuntur et rursus pla-
catis omnibus amoena laetitia mundi reseratur. videas et 340 §
viridantibus comis caesariatam esse terram et scatebris XXIII
fontium manantem et aquarum agminibus † concientem,
parientem atque educantem nec [oc]casibus fatigari nec
saeculis anilitari, excussam erumpentibus semper tam
pigris quam moventibus faecibus, aquarum saepe adluvi-
onibus mersam, flammarum per partes voracitate consump-
tam. quae tamen illi cum regionaliter videantur esse
pestifera, ad omnem salutaria sunt et ad redintegrationem
eius valent. haec, cum movetur, profecto spirat illos 341
spiritus, quibus clausis et effugia quaerentibus moveba[n]tur.
imbribus etiam madefacta non solum ad educandos fetus
suos opimatur, verum etiam pestifera contagione proluitur.
flabris autem spirantium aurarum graviores et minus puri
aëris spiritus differuntur atque purgant⟨ur⟩. tepores frigus
glaciale mitificant et brumalis austeritas terrestrium vis-
cerum venas remittit. et pars gignentium, alia adoles-
centium, cetera occidentium vices sustinent sorsque nas-

Pseudoaristot. περὶ κόσμου c. 5 p. 397 a 20 — b 3 Bkk.
4 cf. Lucret. I 9 et 11 16 cf. Lucret. I 192—193

---

2 ciuntur *δ*: sciuntur *α* 3 hibernaeque confligunt *δ*: biberne// (q *eras.*) | que conf(l)igunt (*corr. m. post.*) B hibernae quae configunt V 4 micant ignes, imbres rumpuntur *Vulc.* (*cf. Weymann, Stud z. Apul., p 338*): micant imbres, ignes rumpuntur *ω* 7 concientem, *quod per* incientem *interpretantur, vix sanum*; concipientem (*distinctione mutata*) *ci. Kroll* (*cf. Thesaur. l. Lat., s. v.*) 8 nec casibus *scripsi* (*Pseudoarist.*: πάθη): nec occasibus *ω* 10 faecibus *unus ς et ed. Rom.*: fetibus *vel* faetibus *codd.* 11 mensam B 14 haec *scripsi*: et *ω* | cum movetur *ed. Rom.*: commovetur *α* commoventur *vel* cum moventur *δ* 15 movebatur *ed. Rom.*: movebantur *ω* 17 opimatur *ed. Rom.*: opinatur *ω* 18 fabris B 19 purgantur *ed. Rom.*: purgant *ω* (purgante V)

centium obitorum loco pullulat et occidentium numerus nascentibus locum pandit.

XXIV Restat, quod caput est sermonis huius, ut super mundi rectore verba faciamus. indigens quippe orationis huius videbatur ratio, nisi de mundo reputantes, etsi mi-
342 nus curiose, at quoquo modo possemus, * * * diceremus. de rectore quippe omnium non, ut ait ille, silere melius est, sed vel parum dicere. vetus opinio est atque cogitationes omnium hominum penitus insedit deum esse originis [haberi] auctorem deumque ipsum salutem esse et perseverantiam earum, quas effecerit, rerum. neque ulla res est tam praestantibus viribus, quae ⟨eius⟩ viduata auxilio
343 sui natura contenta sit. hanc opinionem vates secuti profiteri ausi sunt omnia Iove plena esse, cuius praesentiam non iam cogitatio sola sed oculi et aures et sensibilis substantia conprehendit. at haec conposita est potestati * * * dei conveniens oratio. sospitator quidem ille ⟨et⟩ genitor est omnium, quae ad conplendum mundum nata factaque sunt, non tamen ut corporei laboris officio orbem istum manibus suis instruxerit, sed qui quadam infatigabili providentia et procul posita cuncta contingit
XXV et maximis intervallis disiuncta conplectitur. nec ambigi-

Pseudoaristot *περὶ κόσμου* c. 5 et 6 p. 397 b 3—24 Bkk.
7 Sall. Iug. 19, 2 13 Verg. Buc. 3, 60; cf. Arat. Phaen. 2 sqq.

---

1 pullalat (lu; *corr. m. post.*) B **4** rectorem B **6—7** *post* possemus *lacunam significavi* ⟨de eo⟩ diceremus *Oud.* (*ἀμφιβόλως!*) possemus, diceremus de rectore. ⟨de rectore⟩ quippe omnium *Hild. contra clausulam* **9** haberi *seclus. Goldb.* **12** eius *addidi* (*Pseudoarist.*: *τῆς ἐκ τούτου σωτηρίας*) viduata ⟨dei⟩ auxilio *ed. Rom* **13** contenta L: contempta *cett.* | hinc *α* **16** at PL: ad *α*F **16—17** *excidisse videtur quod Pseudoarist. dicit οὐ μὴν τῇ γ' οὐσίᾳ; quare* non autem essentiae *post* dei *add. Vossius, lacunam post* conveniens *statuit Rohde. Quid, si legas* potestati, ⟨non autem maiestati⟩ dei? **18** et *add. Lips.* **18—19** quae — nata factaque sunt *Lips.*: qui — nati factique sunt *ω* **19** corporei F: corpore *cett.* **20** quedam *α* **21** contingit PL: contigit *α* contingat F **22** disiunctam B | conplectatur F

tur eum praestantem ac sublimem sedem tenere et poëtarum laudibus nomen eius consulum ac regum nuncupationibus praedicari et in arduis arcibus habere solium consecratum. denique propiores quosque de potestate eius amplius trahere: corpora illa caelestia quanto finitima sunt ei, tanto amplius de deo carpere; multo minus, quae ab illis sunt secunda, et ad haec usque terrena pro intervallorum modo indulgentiarum dei ad nos usque beneficia
pervenire. sed cum credamus deum per omnia permeare 344
et ad nos et [ad] ultra potestatem sui numinis tendere, quantum abest vel inminet, tantum existimandum est eum amplius minusve rebus utilitatis dare. qua[m]re[m] rectius est atque honestius sic arbitrari: summam illam potestatem, sacratam caeli penetralibus, et illis, qui longissime separentur, et proximis una et eadem ratione et per se et per alios opem salutis adferre nec penetrantem atque adeuntem specialiter singula nec indecore adtrectantem
comminus cuncta. talis quippe humilitas deiecti et minus 345
sublimis officii ne cum homine quidem convenit, qui sit † ei paululum conscientiae celsioris. militiae principes et curiae proceres et urbium ac domorum rectores dico numquam commissuros esse, ut id suis manibus factum velint, quod sit curae levioris fuscioris⟨que⟩ quo⟨d⟩que
possint nihilo sequius facere dominorum imperia, ministeria 346
servulorum. exemplo, quale sit istud, intellege.

Pseudoaristot. **περὶ κόσμου** c. 6 p. 397b25—398a10 Bkk.

---

1 ac *om.* α | sublimem *ex* sublimen *corr. m. post.* B **4** propriores α **8** modum B | ueneficia B **10** ad *seclusi* ad ulteriora *Goldb.* adeo ultra *Rohde* | numinis *Lips.*: nominis ω **12** qua re *Lips. et Scal.* (*Pseudoarist.*: **οὖν**; *cf. p. 163, 15*): quam rem ω quam ⟨ob⟩ rem *Vulc.* **19** officii BF: officio *cett.* **20** ei *om.* L et *Hild.* vel *Goldb.* | celsioris *ex* celsiores *corr. per ras.* B **23** levior// (is *eras.*) B | fusciorisque *Vulc.*: fuscioris ω | quodque *Brantius*: quoque ω **24** nihilo sequius (*pr.* s *eras.*) B: nichil obsequius *vel* obsequiis δ | imperio *Scal.* **25** quale sitis ut intellegi B

XXVI Cambyses et Xerxes et Darius potentissimi reges fuerunt. horum praepotentia⟨m⟩, quam ex opibus collegerant, lenocinium vitae effecerat celsiorem, cum eorum alter apud Susam et Ecbatanas ut in fano quodam sacratus nulli temere notitiam oris sui panderet sed circumsaeptus admirabili regia, cuius tecta fulgerent eboris nive, argenti luce, flammis ex auro vel electri claritate. limina vero alia prae aliis erant; interiores fores exteriores ianuae
347 muniebant portaeque ferratae et muri adamantina firmitate; ante fores viri fortes stipatoresque regalium laterum tutela pervigili custodia⟨m⟩ per vices sortium sustinebant. erant inter eos et divisa officia: in comitatu regio armiger⟨i⟩ quidam, at extrinsecus singuli custodes locorum erant et ianitores et atrienses. sed inter eos aures regiae et imperatoris oculi quidam homines vocabantur. per quae officiorum genera rex ille deus esse ab omnibus credebatur, cum omnia, quae ubique gererentur, ⟨cognosceret⟩, quae ille otacustarum relatione discebat. dispensatores pecuniae, quaestores vectigalium, tribunos aerarios habebat
348 alios et alios praefecerat ceteris urbibus. alii venatibus agendis provinciam nacti, pars domibus et muneribus praefecti putabantur et ceteri perpetuis magnisque curis

---

Pseudoaristot. περὶ κόσμου c. 6 p. 398a 11—25 Bkk.

1 Xerxes *edd.*: xerses ω 2 praepotentiam *Vulc.*: praepotentia ω 4 Susam et Ecbatanas ut *ed. Rom.*: susam & uatanas ut B susam ecuatanas ut F *mendosius* PL Susa vel Ecbatana sicut *Goldb.* 5 *post* sed *verbum desidero* 11 custodiam *ed. Rom.*: custodia ω 12 divisa B (*cf. Ambros. de off. II 20, 101*: sed illis superioribus videmus divisa officia): diversa δ | armigeri *ed. Rom.*: armiger ω 15 perque B 17 quae ubique gererentur *Koziol* (*cf. Sall. Cat. 21, 21 et Lachmann ad Lucret. IV 638*): quaeque ubi egererentur B quaque ubi egerentur PL (agerentur *corr.* L) ubi quaque egererentur F quaeque (= quaecumque) ubique gererentur *Rohde* | cognosceret *addidi* 18 otacustarum *edd.*: otagustarum ω 19 *post* habebat *interpunctionem sustuli* 20 certis urbibus *Lips.* ceteris muneribus *Rohde* 21 donis *pro* domibus *Colv.* | urbibus *pro* muneribus *Rohde* 22 *fort.* deputabantur

observationi singularum rerum adpositi erant. sed omne Asiaticum regnum ab occidente Hellespontus terminabat, ab ortu gens inchoabat Indorum; duces ac satrapes ubique dispositi et permixta locis omnibus mancipia regalia. ex eo numero erant excursores diurni atque nocturni, exploratores ac nuntii, specula[to]rum incensores adsidui. tum 349
horum per vices incensae faces ex omnibus regni sublimibus locis in uno die imperatori significabant, quod erat scitu opus.

Igitur regnum illud ita conponi oportet cum mundi 350 XXVII
aula, ut inter se conparantur summus atque exsuperantissimus divum et homo ignavus et pessimus. quod si cui viro vel cuilibet re⟨g⟩i indecorum est per semetipsum procurare omnia, quae † profice, multo magis deo inconveniens erit. quare sic putandum est eum maxime *** maiestatemque retinere, si ipse in solio residat altissimo, eas autem potestates per omnes partes mundi orbisque dispendat, quae sint penes solem ac lunam cunctumque 351
caelum; horum enim cura salutem terrenorum omnium gubernari. nec multis opus est nec partitis hominum conversationem, quibus propter ignaviam adpositum est pluribus indigere. an non eiusmodi conpendio machina-

Pseudoaristot. περὶ κόσμου c. 6 p. 398a26—b14 Bkk.

1 et observationi F, *quod probat Kroll* | adpositi *ed. Rom.*: oppositi ω **1—2** omne Asiaticum *Lips.*: omnes atticum B omne atticum δ | regnum (n *ex corr.*) B | hellespon|situs B **6** specularum *Colv.*: speculatorum ω **9** scito B **10** ita F: itaque B *om.* PL **11** summum (*sed* exsuperantissimus) B **13** regi *ed. Rom.*: rei ω **14** profice B proficere PL proficiunt F perficere *ed. Rom.* (*quae legit* omnia et) proficere ⟨vult⟩ *Goldb.* | deo *ed. Rom.*: de eo ω (deeo F) **15** *post* maxime *lacunam significavit Goldb.* dignitatem *supplevit Vulc.*, gravitatem *Brakman* **16** maiestatem (*om.* que) F | solio *Vulc.*: alto ω loco *edd. vett.* **18** cunctumque F: cunctique *cett.* (-quae B) **20** gubernari (ri *in ras. fuit* m) B | partitis BF: paratis L partitis *an* paratis? P *'locus corruptior est, quam quem a libris mss. destituto emendari posse sperari liceat' Hild.; ego nescio an ipse Apul. erraverit* **21** appossitum B **22** an *edd. vett.*: at ω

tores fabricarum astutia unius conversionis multa et varia pariter administrant? en! etiam illi, qui in ligneolis hominum figuris gestus movent, quando filum membri, quod agitari volent, traxerint, torquebitur cervix, nutabit caput, oculi vibrabunt, manus ad [omne] ministerium praesto erunt nec invenuste totus videbitur vivere. haud secus etiam caelestis potestas cum initium sciente et saluti-
352 fera opera moverit, ab imo ad secundum et deinceps ad proximum et usque ad supremum adtactu continuo vim suae maiestatis insinuat, aliud alio commovetur motusque unius alteri movendi se originem tradit. mundo equidem consentiunt non una sed diversa via et plerumque con-
XXVIII traria. sed prima remissione ad motum data simplicique inchoato principio inpulsibus mutuis, ut supra dictum est, moventur quidem omnia, sed ita, ut si quis sphaeram et quadratum et cylindrum et alias figuras per proclive simul iaciat, deferentur quidem omnia, sed non eodem genere movebuntur. nec illud dissimile exemplum videri oportet, si quis pariter patefacto gremio animalis simul abire
353 patiatur, volucrum, natatilium atque terrestrium [greges]: enimvero ad suum quaeque duce natura properabunt: pars aquam repetent, illa inter cicures atque agrestes legibus et institutis suis adgregabuntur, ibunt per aëris vias

Pseudoaristot. *περὶ κόσμου* c. 6 p. 398 b 15—34 Bkk.

2 administranten (m *superscr.*) (*corr. m. post.*) B en *om.* F 4 agitare F | volent *Lips.*: solent ω volunt *Bentleius* (*lectionem* agitare *recepit, ut et Lips.*) | nutauit B 5 uibrabrabrunt B | ad ministerium *vulg.*: atque (atq; B) ministerium ω (*sed* atque omne ministerium F, *unde* ad omne ministerium *Elm.*) 6 uideuitur B | aut B 8 a primo *pro* ab imo *Goldb.*, *quod damnat Rohde* 9 proximum *Vulc.*: proprium ω | adtactū (*lineol. add. m. post.*) B 11 unius F: unus *cett.* | munde *Goldb.*, *sed verba σὺν κόσμῳ male intellexit Apul.* 13 ad modum BL 14 incoacto B 18 oportet//// (*4 vel 5 litt. eras. in fine vers.*) B 20 natatilium *ed. Rom.*: nantilium ω | greges *habet solus* F, *ex interpol., ut suspicatur Hild.* 21 quaeque (uae *in ras.*) B 22 repetent *Oud.*: repetens ω

praepetes, quibus hoc natura largita est; atquin una ab † humero sinu abeundi facultas concessa omnibus fuerat. sic natura mundi est constituta. nam cum omne caelum 354 XXIX simplici circumactu volvatur nocte diuque distinctum, diversis mensurarum [ae]qualitatibus separatum, quamvis una omnia sphaera concluserit, incrementis tamen globi sui, decisione luminis menstrua tempora luna significat et caeli spatium sol annua reversione conlustrat eiusque comites amoenus Lucifer et com[mun]is Cyllenius. stella etenim Pyrois, Mavortium sidus, circuli sui biennio conficit spatia; Iovis clarum fulgensque sexies eadem multiplicat cursibus suis tempora, quae Saturnus sublimior 355 XXX spatiis annorum circumerrat. verum inter haec una mundi conversio unusque reversionis est orbis et unus concentus atque unus stellarum chorus ex diversis occasibus ortibusque. hoc ornamentum et ⟨vel⟩ut monile *κόσμος* rectissime Graeca lingua significat. at enim ut in choris, cum dux [carmini] hymno praecinit, concinentium vulgus virorum et feminarum mixtis gravibus et acutis clamoribus unam harmoniam resonant, sic divina mens mundanas varietates ad instar unius concentionis relevat. nam cum caelum confixum vaporatis et radiantibus stellis inerranti

---

Pseudoaristot. *περὶ κόσμου* c. 6 p. 398 b 34 — 399 a 20 Bkk.
22 cf. Lucret. V 1205

---

1 largita// (s *eras.*) B | atquin *scripsi*: aquin B atqui PL atque F **1—2** ab humeros inu B ab humero sinu PL ut uno (o *ex* a *corr.*) sinu F, *qui* una *ante* ut *om.* ab unico sinu *Is. Vossius* ab uno *vel* ab eodem sinu *Rohde conieceram* ab humano sinu (*cf. p. 24, 18; 151, 9*) **2** fuerat B: fuerit *cett.* **4** simplici circumactu B: simpliciter cum actu *cett.* | dieque F | diversi B **5** qualitatibus *Vulc.*: aequilitatibus B aequalitatibus *cett.* unam B **6** globissui B **9** amoenius B | comis *Colv.*: communis *ω* **10** confecit B **16** ornamentum F: ornamento *cett.* (o *ex* u *corr.* B) | et velut *scripsi*: et ut *ω* (ut *om.* F) et veluti *Vulc.* velut (*om.* et) *Hild.* **18** carminis F carmini *secius. Goldb.*, hymno *autem Wow.* **21** uarietates (s *ex corr.*; *fuit fort.* varietatem) B | revelat *edd. cett.* religat *Hild.* **22** radientibus B

cursu feratur et reciprocis itineribus astra consurgant, sol quidem omnituens ortu suo diem pandit, occasu noctem 356 reducit conditusque vel relatus per plagas mundi IV temporum vices mutat. hinc tempestivi imbres et spiritus nautis secundi, hinc alimenta roris † esse earum, quae accidere deus his mundi mediis partibus voluit. his ad- 357 positi sunt torrentium cursus et tumores undarum emicationesque silvarum, frugalis maturitas, fetus animalium, educationes etiam atque obitus singulorum.

XXX Cum igitur rex omnium et pater, quem tantummodo animae oculis nostrae cogitationes vident, machinam omnem iugiter per circuitum suis legibus terminatam, claram et sideribus relucentem speciesque innumeras modo propalam, saepe contectas, ab uno, ut supra dixi, principio agitari iubet, simile istuc esse bellicis rebus hinc liceat arbitrari. nam cum tuba bellicum cecinit, milites clangore incensi alius accingitur gladio, alius clipeum capit, ille lorica se induit, hic galea caput vel crura ocreis involvit 358 et equum temperat frenis et iugales ad concordiam copulat; et protinus unusquisque conpetens capessit officium: velites excursionem adornant, ordinibus principes curant, equites <c>ornibus praesunt, ceteri negotia, quae nacti sunt, agitant, cum interea unius ducis imperio tantus exercitus

Pseudoaristot. περὶ κόσμου c. 6 p. 399a21—b9 Bkk.

1—2 soliquidem B *fort.* sol equidem 2 ortu//uo (s *del., sed rescript. m. post.*) B 4 est spiritus BP 5 nautis secundi *scripsi*: aut insecundi ω haud infecundi *Vulc., parum feliciter* | roris *Goldb.* (*cf. Pseudoarist.*: δρόσοι): robis ω nobis *vulg.* | esse *ante* earum *om.* F *fort.* et cetera, quae accidere (*cf. Pseudoarist.*: τά τε πάθη τὰ ἐν τῷ περιέχοντι συμβαίνοντα) 6 accidere BF: accideret PL | adpositi F: adoppositi *cett.* 7 suntorrentium B | et tumores *Vulc.*: &(h)umores (*corr. m. post.*) B et humores δ 9 aquae obitu singulorum B 14 contectas *Vulc.*: consectas ω (se peā sectas P) consaeptas *Elm.* 19 et equum: &cum B 20 ve(l)lites (*corr. m. post.*) B 21 excursionem *Scal.*: exsecutionem ω 22 cornibus *Vulc.*: or(di)nibus (*corr. m. post.*) B ordinibus δ | nacti F: nati B nota PL

paret, quem praefecerit, penes quem est summa rerum.
non aliter divinarum et humanarum rerum status regitur,
quando uno moderamine contenta omnia pensum sui operis
agnoscunt cura⟨t⟩que omnibus occulta vis nullis oculis ob- 359
via, nisi quibus mens aciem suae lucis intendit. nec tamen § XXXI
hoc vel illi ad moliendum vel nobis ad intellegendum
obest. de inferiore licet imagine capiamus exempla. anima
in homine non videtur et tamen fateantur omnes necesse
est huius opera omnia, quae per hominem praeclara fiunt,
provenire nec ipsius animae qualitatem ac figuram oculis
occurrere, sed momentis ab ea gestarum rerum intellegi,
qualis et quanta sit. omne quippe humanae vitae prae-
sidium ingenio eius est paratum: cultus agrorum ususque
frugum, artificum sollertia, proventus artium, commodi-
tates vitae humanae. quid de legibus dicam, quae ad
mansuefaciendos homines inventae sunt? quid de civilibus
institutis ac moribus, qui nunc populorum otiosis conven-
tibus frequentantur, asperitate bellorum ⟨remota⟩, et pa- 360
cata mitigantur quiete? nisi forte tam iniustus rerum
aestimator potest esse, qui haec eadem de deo neget,
quem videat esse viribus exsuperantissimis, augustissima
specie, inmortalis aevi, genitorem virtutum ipsamque vir-
tutem. unde nihil mirum est, si mortales oculi non ca-
piunt eius adspectum, quando divinorum operum vestigiis XXXII
sit perspicuus atque manifestus. ceterum ea, quae vel
caelo accidere oculis advertimus † et aërem fieri ex aqua

Pseudoaristot. *περὶ κόσμου* c. 6 p. 399 b 9 — 24 Bkk.

---

1 summa rerum: summarum B 2 alter B | regitur *ex* regitus *corr. m. 1* B 3 pensumuioperis B 4 curatque *Scal.*: curaque ω | obuiamsi B 7 capiamus F: capimus *cett.* 9 fiunt *ed. Rom.*: sunt ω 10 nec F: ne *cett.* 11 rerum F: *om. cett.* (*cf. p. 115, 19*) 13 cultes B 18 remota *addidi* ('*pacem Romanam' laudat Apul.*) 19 iam B 20 potest essequi (*corr. m. post.*) B 22 speciem B | virtutum: virtutum *ex* virtutem *corr.* B virtutem V 26 fieri *post* ex aqua *om.* ϑ et terra fieri et aqua *Rohde* et per aërem vel in terra fieri et aqua *Goldb.* *alia alii*

fieri, dei etiam illa credenda sunt. quidni? [dee] verum
361 eius, cui tutela mundi huius et cura est, de quo Empedocles prudenter his verbis sensit:

πάνθ' ὅσα τ' ἦν, ὅσα τ' ἔσθ', ὅσα τ' ἔσται ὀπίσσω
δένδρεά τ' ἐβλάστησε καὶ ἀνέρες ἠδὲ γυναῖκες,
θῆρές τ' οἰωνοί τε καὶ ὑδατοθρέμμονες ἰχθῦς.

Phidian illum, quem fictorem probum fuisse tradit memoria, vidi ipse in clipeo Minervae, quae arcibus Atheniensibus praesidet, oris sui similitudinem conligasse ita, ut, si quis olim artificis voluisset exinde imaginem separare, soluta conpage simulacri totius incolumitas interiret. ad hoc instar mundi salutem tuetur deus aptam et revinctam sui numinis potestate.

XXXIII 362 Huius locum ⟨si⟩ quaerimus, neque fi⟨niti⟩mus est terrae contagionibus nec tamen medius in aëre turbido,

Pseudoaristot. περὶ κόσμου c. 6 p. 399 b 24 — 400 a 5 Bkk.
4 cf. Arist. Metaph. II 4 (p. 1000 a 29 Bkk.)

1 quidni? verum eius *scripsi Salmasium secutus* (*cf. Metam. II 2 et alibi*): quin ni (*in* in *corr. m. post.*) dae (*an* dee?) uerum eius B quin ni de uerum eius *cett.* (*om.* F) dae (de) *ex* deē (*i. e.* deest) *ortum esse opinor et ex marg. in textum irrepsisse; quare hoc verbum non in* dei *corrigendum, ut voluit Salmasius, sed plane eiciendum puto* 2 cuius *pro* cui F | enpendocles B 4—6 ΠΑΤΗΝΟCαΤΗCΘΙΝCαΤΗCαCΘεωεΙΤΙCCωΔεΝΑΡεαΓεΒΑΤΗCΑΙΚΑΙαΝεΡεCCΑεΓΥΝΑΙΚΗCΘΙΝΡεCΤεΙωΝΥΤεΝΚΑΛΥΑΑΤΟεΡεΜΜΟΝεCΙΚΘΟ// (*una litt. eras.*)ΥC B ΠαΤΗΝΟCαΤΗΤεΙΝCαΤΗCαCΘεωεΙΤΙCCωΔεΝαΡεαΥΒΛΤΗCαΙΚαΙαΝCΡεCCαΒΓΥΝ̄ΛΙΚΗCΘΙΝΡεCΤεΙωΝΥΤεΝΚΔΛΤΟεΡεΜΜΟΝεCΙCΘΟΥC V 7 quem *Wow.*: quoniam ω quem olim *Rohde* | fictorem *ed. Iunt. II*: fictorum ω 8 vidi *Colv.* (*cf. p. 153, 11*): vide ω 9 oris sui similitudinem *Elm.*: oris sub similitudinem B sub *om.* δ | conligasset aut si quis B 10 artificis B: artificum δ 11 solutae compag//e (a, *ut vid. eras.*) B 12 deeius B | aptam B: apta δ 13 revinctam *Vulc.*: revictam B revincta δ | potestatem B 14 si *ante* locum *add. Goldb., ego ante* quaerimus *posui* | finitimus *Vulc.*: fimus B infimus δ confinis *Hild.* infimus ⟨in⟩ terrae contag. *Goldb.*

verum in mundano fastigio, quem Graeci *οὐρανὸν* recte vocant, ut qui sit altitudinis finis. etiam idem illa ratione eum ⟨*ὄλυμπον*⟩ nominant, quem ab omni fuscitate ac perturbatione vident liberum; neque enim caliginem nubium recipit vel pruinas et nives sustinet nec pulsatur ventis nec imbribus caeditur. haec enim nec Olympo, qui est celsitudinis summae, contingere poëta his verbis cecinit:

Οὔλυμπόνδ' ὅθι φασὶ θεῶν ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ
ἔμμεναι· οὔτ' ἀνέμοισι τινάσσεται οὔτε ποτ' ὄμβρῳ
δεύεται οὔτε χιὼν ἐπιπίλναται, ἀλλὰ μάλ' αἴθρη 363
πέπταται ἀνέφελος, λευκὴ δ' ἐπιδέδρομεν αἴγλη.

hanc opinionem communis mos et hominum observationes secutae adfirmant, superiora esse deo tradita. namque habitus orantium sic est, ut manibus extensis ⟨ad⟩ caelum precemur. Romanus etiam poëta sic sensit:

aspice hoc sublime candens, quem invocant omnes Iovem.

unde illa, quae videntur suntque omnibus praestantiora, easdem sublimitates regionum tenent, astra caelestia et mundi lumina, ac merito illis ordine licet perpetuo frui

Pseudoaristot. *περὶ κόσμου* c. 6 p. 400a5—22 Bkk.

8 Hom. Od. VI 42—45 16 cf. Cic. de nat. d. II 2, 4; 25, 65. III 4, 10; 16, 40; Fest. p. 306 (M); Prob. ad Verg. Ecl. 6, 31 (p. 11 Keil.) — Ennii trag. fragm. v. 302 Ribb.

1 mundano *ex* mundana *corr. m. 1* B | *οὐρανόν edd.*: uranon *ω* 2 illa *susp. fort.* alia; *an* illa ratione ... quod (*pro* quem) ab omni fusc.? 3 *ὄλυμπον add. Vulc.; malim* *Ὄλυμπον* etiam idem (*cf. p. 173, 1—2*) 8—11 ΟΛΥΜΙΤ ΟΝΘεΙΦαCΙΘεωΝΑCΦΑΛεΙCΜΜΑΙΟΥΤΑΝεΜΟΥCΙΓεΙΝεΓΑΙΟΥ ΓεΙΤΟΓΟΜΒΟωΛΥεΓεΟΥΓεΑ (*sed* Α *in* Χ *corr.*) ΙωΝΙΠΑΝΑΓΛα ΛΝαΝΘΡΗΠεΠΤαΤαΙΑΝΝεΦεΛωCΛεΥΚΗΛεΙCαΡΜεΝαΠΛΗ B *deteriorum codd. lectiones enotare supersedi* 14 ad *add. Taffin. in Graevii Thes. Antiq.* VIII 531: in *add. ed. Rom.* 16 sublime BF: sub lumine PL | candens B: cadens *δ* | invocans B vocant *Festus et Probus* 17 praestantior (*in fine vers.*) B

364 nec diversis et insperatis temporibus observantissimam
XXXIV legem suorum aliquando itinerum me<n>tiuntur. terrena omnia mutationes et conversiones postremo interitus habent. namque inmodicis tremoribus terrarum dissiluisse humum et interceptas urbes cum populis saepe cognovimus. audimus etiam abruptis imbribus prolutas totas esse regiones; illas etiam, quae prius fuerint continentes, hospitibus atque advenis fluctibus insulatas, alias desidia maris pedestri accessu pervias factas. quid? qui ventis ac procellis civitates eversas esse meminerunt? quid? cum incendia de nubibus emicarunt? cum orientis regiones Phaethontis ruina, ut quidam putant, conflagratae perierunt? in occidentis plagis scaturrigines quaedam ac
365 proluviones easdem strages dederunt? sic ex Aetnae verticibus quondam effusis crateribus divino incendio per declivia torrentis vice flammarum flumina cucurrerunt. in quo periculi vertice egregium pietatis meritum fuisse cognovimus. namque eos, qui principio fragoris territi sensum tamen clementiae misericordiaeque retinebant et grandaevos parentes ereptos volucri clade suis cervicibus sustinebant, illa flammarum fluenta divino separata discidio quasi duo flumina ex uno fonte manantia locum illum ambire maluerunt obsidione innocenti, ubi erant boni baiuli religiosis sarcinis occupati.

Pseudoaristot. *περὶ κόσμου* c. 6 p. 400a23—b6 Bkk.
2 August. de civ. dei IV 2 4 cf Lucret. VI 585 sq.

---

1 et insperatis *Goldb.*: et in spatiis *codd. praeter* F, *qui* et in *om. idem* temporum *pro* temporibus *exhibet* 2 mentiuntur *Vulc.*: metiuntur ω (*etiam* F), *quod probat Kroll; sed repugnat clausula* 4 tremoribat terrarum B 5 audimus B: audivimus δ 7 fuerunt F fuerant *August.* 8 advenis F *et August.*: adueris BP (is *ex corr.* B) adversis L 9 quid? qui *ed. Iunt. II*: quidque BL quid quae PF 10 civitate// (s *eras.*) euersa est meminerunt B 12 conflagrate *ex* confraglate *corr. m. fort. 1* B 15 grateribus B | incendio *August.*: in odio ω 15—16 peredecliuia B 16 torrentis *August.*: currentis ω 21 fluent a divino (a *in ras.*) B 23 innocenti, ubi erant *Salm.*: innocenti inerant ω innocenti lo-

Postremo quod est in triremi gubernator, in curru XXXV
rector, praecentor in choris, lex in urbe, dux in exercitu,
hoc est in mundo deus, nisi quod ceteris aerumnosum et
multiplex et curarum innumerabilium videtur esse hoc
ipsum, alicuius officii principem fieri, deo vero nec tristis
nec onerosa est imperii sui cura. namque inmobilis circumfert et regit cuncta, naturas formasque diversis regionibus commovens, ut est lex civitatis semel promulgata,
perpetuis observationum rationibus fixa, ipsa quidem 366
inmutabilis, at eius arbitrio parentium mentes agitantur
nutuque eius et dominatione flectuntur: ex scitis eius magistratus tribunalia, principia milites frequentabunt, recuperatores iudiciis praesidebunt, decuriones et quibus ius est dicendae sententiae ad consessum publicum commeabunt; et alius ad Minuciam frumentatum venit et
aliis in iudiciis dies dicitur; reus purgandi se necessitate, 367
insectandi studio accusator venit; ille moriturus ad supplicii locum ducitur, hic ad convivii repotia [et] vespertinus comisator adventat. sunt et publicarum epularum apparatus et lectisternia deorum et dies festi, ludi scaenici ludique Circenses; diis sacrificatur, geniis ministratur, obi⟨t⟩is libatione profunditur aliusque alio fungitur munere
parentque omnes iussis legum et communis imperii. videas- 368

Pseudoaristot. περὶ κόσμου c. 6 p. 400b6—24 Bkk.

cum⟨que⟩ illum, ⟨in quo⟩ inerant *Alfr. Kirchhoff, p. 47, qui in constructione* eos . . . locum illum ambire maluerunt *offendit*
2 lex *Colv.*: dux ω 6 inmobilis *Goldb.* (*cf. Pseudoarist.*: *ἐν ἀκινήτῳ ἱδρυμένος*): nobis ω 7 cuncta, naturas formasque div. reg. commovens *Kroll*: cunctas natura formas quas div. reg. commovens ω *post* commovens *lacunam signif. Vulc.*
10 parentum BF | mentis B | agitantur (u *ex* is *corr. m. 1*) B
11 ex scitis *scripsi*: et scitis ω (et ut scitis F, *unde* et ut ex scitis *Flor.*) 13 decuriones *ex* decurionis *corr.* B 14 consessum *Colv.*: consensum ω 17 accusator *Vulc.*: accusatur ω
18 haec B | ad convivii repotia B: ad convivii ire potia (*vel simil.*) δ | et *seclus. Scal.* 20 ludis cinici B 21 ludique (i *ex corr. per ras.*) B 22 obitis *Vulc.*: obiis ω (obiis with a written above *corr. m. post.* B) | libatio *Vulc.*

que illam civitatem pariter spirantem Panchaeis odoribus et graveolentibus caenis, resonantem hymnis et carminibus et canticis, eandem etiam lamentis et ploratibus heiulan-
XXVI tem. ad hunc modum res agi et in mundo aestimemus.
369 lex illa vergens ad aequitatis tenorem sit deus nulla indigens correctione mutabili. quippe sic et mundi universitas regitur, dum speculatur ad omnia rector eius atque inmutabiliter incumbit spargiturque vis illa seminibus inclusa per naturas omnium speciesque et genera digesta. sic faciles vitium lapsus et palmarum ardua, persicorum rubor, laevitas mali gignitur, dulcitas fici; et quae infelicia propter infecunditatem vocamus, tamen utilia sunt alio pacto: platani, ut ait poëta, umbras potantibus ministrantes et acuta pinus et rasiles buxi, odora laurus, cupressorum odoratius lignum; tandem omnium animalium agrestium et cicurum, pinnatarum et pedestrium et aquatilium natura gignitur, nutritur, absumitur parens caelestibus institutis: πᾶν γὰρ ἑρπετὸν πληγῇ νέμεται, ut Heraclitus ait.
XXVII 370 Et cum sit unus, plurimis nominibus cietur ⟨propter⟩ specierum multitudinem, quarum diversitate fit multiformis † vis id est ab iuvando Iuppiter dios, quem Ζῆνα Graeci,

Pseudoaristot. περὶ κόσμου c 6 et 7 p. 400 b 25 — 401 a 14 Bkk. 1 cf. Lucret. II 417 13 Verg. Georg. IV 146 18 Diels, op. cit. I², p. 64 (fr. 11)

1 spirantes B 2 caenis B: cenis *vel* coenis δ 3 eadem B 4 adhuc B 5 vergens *Vulc.*: velgens BF vel gens PL 6 sic et *Kroll*: sicut ω sicut ⟨civitas⟩ *Goldb.* 8 spargitur qui vis B 9 degesta B 10 persiccorum B 11 dulcitas fici *in* dulci//affici *corr. m. post.* B 13 po(r)tantibus (*corr. m. post.*) B 14 buxisodora (s *in ras.*) B buxi et odora F 15 tandem *ed. Iunt. II*: tamen ω 16 agrestium *om.* B | pedestrium F: pedestrum *cett.* | et aquatilium F: et *om. cett.* *fort.* ⟨atque⟩ aquatilium 17 ab//sumitur (s, *ut vid.*, *eras.*) B 18 *πᾶν — νέμεται Diels*: menſaΠΑΝΤΑϵΥϵΡΓϵΤωΜΟϹϹαrrΙΝΑ ΜϵΡΗϵſſϵtonoſſabyti B menſa · ΠαΝΤαϵΥϵΡRϵΓωΜΟSSαRΙ ΝαΜϵΡΗϵSSϵΤΟΝΟSαhΥΤΙ F 19 scietur B | propter *add. vulg.* 20 multitudinem B: multitudine δ 20—21 multiformis. nobis idem est *pro* multiformis vis. id est *Kroll* multif. vis inde est a. i. I. dictus *Goldb. Salmasium secutus* |

quod vitae nostrae auctor sit, rectissime appellant. Saturnum etiam illi *Κρόνον* quasi *χρόνον* quendam, incoeptum ab origine, interminum ad finem tempus, appellant. 371 fulgurator et tonitrualis et fulminator, etiam imbricitor et item dicitur serenator; et plures eum frugiferum vocant, multi urbis custodem, alii hospitalem, amicalem et omnium officiorum nominibus appellant. est militaris, est triumphator et propagator, tropaeophorus; et multo plura eiusmodi apud haruspices et Romanos veteres inveneris. Orpheus vero hanc effari potestatem volens his de eo verbis canit:

Ζεὺς πρῶτος γένετο, Ζεὺς ὕστατος ἀρχικέραυνος· 372
Ζεὺς κεφαλή, Ζεὺς μέσσα· Διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκται.
Ζεὺς πυθμὴν γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος.
Ζεὺς ἄρσην γένετο, Ζεὺς ἄμβροτος ἔπλετο νύμφη.
Ζεὺς πνοιὴ πάντων. Ζεὺς ἀκαμάτου πυρὸς ὁρμή.
Ζεὺς πόντου ῥίζα, Ζεὺς ἥλιος ἠδὲ σελήνη.
Ζεὺς βασιλεύς, Ζεὺς ἀρχὸς ἁπάντων ἀρχικέραυνος·
πάντας γὰρ κρύψας αὖθις φάος ἐς πολυγηθὲς
ἐξ ἱερῆς κραδίης ἀνενέγκατο μέρμερα ῥέζων.

Pseudoaristot. *περὶ κόσμου* c. 7 p. 401a15—b7 Bkk.

12 de his versibus Orphicis cf. G. Hermanni Orph. II p. 456 sqq. et Aug. Lobecki Aglaoph. tom. I p. 520 sqq.

---

id est BF idem PL | ab iuvando B: a iuvando F adiuvando PL | dictus *pro* dios *Salm.* | *Ζῆνα edd.*: zena ω **1—3** *interpunctionem correxi; coniecturas inutiles protulerunt edd., cum Graeca indiligenter transtulerit Apul.* | *Κρόνον et χρόνον Vulc.*: cronon *et* chronon (chonon δ) *codd.* | id est *post χρόνον interpol.* F | incoeptum *Hild.*: inceptum ω | tempusque *ex interpol.* F **4—5** dicitur *ante* fulgurator *transposuit* F **6** aliis B **7** appellantes militaris B **9** inveneris PL: invenis//// (is *ex corr.; fuerat, ut vid.*, inveneris) B invenies F **12—20** ZεYCΠPωTOΓεNHTOCZεYCYCTHPOCAPXIKεPAYNOC ZεYCKΦAAHZεYCMεCαΔIOCΠαNTαTεTYKTαIZεYCΠYΘMION THCTεKOYPαNOYαCTεPOεNTOCZεYCαPCHNTPεΦεNYMΦH ZεYCεNOIΠαNTωNZεYCαKαMαTOYΠYPOCOPMHZεYCΠON TOYPIZαIZεYCHΛIOCHΔεCεΛHNIZεYCBαCIΛεOYεZεYCαPX

XXVIII Fa[c]tum autem Graeci *εἱμαρμένην* a tractu quodam invicem causarum se continentium volunt dici; decretum idem *πεπρωμένην* dicunt, quod omnia in hoc statu rerum definita sint nec sit in hoc mundo aliquid interminatum; idem fatum *μοῖραν* vocant, quod ex partibus constet; hinc *νέμεσιν*, quod unicuique adtributio sua sit adscripta. *Ἀδράστεια* denique ⟨est⟩ ineffugibilis necessitas ultionis.
373 sed *** tria Fata sunt, numerus cum ratione temporis faciens, si potestatem earum ad eiusdem similitudinem temporis referas. nam quod in fuso perfectum est, praeteriti temporis habet speciem, et quod torquetur in digitis, momenti praesentis indicat spatia, et quod nondum ex colo tractum est subactumque cura digitorum, id futuri et consequentis saeculi posteriora videtur ostendere haec illis condicio; et nominum eiusdem proprietate contingit,
374 ut sit Atropos praeteriti temporis fatum, quod ne deus quidem faciet infectum; futuri temporis Lachesis a fine cognominata, quod etiam illis, quae futura sunt, finem suum deus dederit. Clotho praesentis temporis habet curam, ut ipsis actionibus suadeat, ne cura sollers rebus omnibus desit. deum vero ire per omnes

---

Pseudoaristot. *περὶ κόσμου* c. 7 p. 401b8—23 Bkk.
21 Verg. Georg. IV 221 sq.

OCaITaNTωNaPΠKεPaYNOCΠaNIaCΓaPKPYΨaCaYΘICTaIN εCΠOΛYTHKεCεKKaΘaPaCKPaΔεIaCaNHNεKaTOMεPMAPaI TεZωN B *dett. codd lectiones enotare supersedi* 1 fatum *ed. Rom.*: factum ω (factum F) | *εἱμαρμένην edd.*: imarmenen ω 2 causarum invicem F 3 id est *pro* idem *Goldb.* | *πεπρωμένην edd.*: pepromenen B praepomenen δ 5 *μοῖραν edd.*: moeran ω 6 *νέμεσιν ex Pseudoarist. ed. Ald.*: ennomon ω *ἔννομον edd. εὔνομος Goldb.* 7 *Ἀδράστεια* denique ⟨est⟩ *scripsi*: adracti eadem quae ω (eademque δ) Adrastea eademque *Vulc.* *Ἀδράστεια* ⟨est⟩ eadem quae *Goldb.* 8 sed ⟨tres Parcae ut⟩ tria fata sunt *Goldb.*, *quod libenter receperim* (*omisso scilicet* ut), *quia constructio κατὰ σύνεσιν* (earum *infra v. 9*) *durior esse videtur* 13 tractus est B 15 *post* condicio *interpunxi* | eiusdem (*sc. condicionis*) *fort.* eisdem 17 lacesis B

terrasque ⟨tractusque maris caelumque profundum⟩

non frustra arbitrabitur, qui audiet Platonis haec verba: 'deus namque, sicut vetus', inquit, 'continet ratio, principia et fines et media rerum omnium penetrat, quae inlustrans curru volucri superfertur; eundem deum [semper] ultrix Necessitas semper et ubique comitatur eorum, qui a sacra lege discesserint, vindex futura, quam faciet ille mitificam, qui statim a tenero et ipsis incunabulis intellexit, extimuit eique se totum dedit atque permisit'.

Pseudoaristot. περὶ κόσμου c. 7 p. 401 b 23—29 Bkk.
2 Plat. de legg. IV p. 715 E; cf. Phaedr. p. 246 E

---

1 tractusque—profundum *add. Goldb.* t. q. m. c. q. p. *ss. m. 1, ut vid.* B 2 qui *om.* B 4—5 penetrat, quae inlustrans curru *scripsi*: penetrat quae inlustransda (*sic*) curru B penetrata atque illustrata curru (*vel fere sic*) P L penetrat atque inlustrat et curru F penetrat atque inlustrat ac curru *Goldb., sed cf. Novák, p. 41—42* 5 semper *post* deum *om.* F, *ego seclusi* 7 a *om.* B 7—8 quam illa faciet ille B

ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ.

Ed. Oud. I 265

Studium sapientiae, quod philosophiam vocamus, plerisque videtur tres species seu partes habere: naturalem, moralem et de qua nunc dicere proposui rationalem, qua continetur ars disserendi. sed cum disseramus oratione, cuius variae species sunt, ut imperandi mandandi succensendi optandi vovendi irascendi odiendi invidendi favendi miserandi admirandi contemnendi obiurgandi paenitendi deplorandi tum voluptatem afferendi tum metum incutiendi, in quibus oratoris excellentis est lata anguste, angusta late, vulgata decenter, nova usitate, usitata nove ***, extenuare magna, maxima e minimis posse efficere aliaque id genus plurima: est una inter has ad propositum potissima, quae pronuntiabilis appellatur, absolutam sententiam comprehendens, sola ex omnibus veritati aut falsitati obnoxia, quam vocat Sergius effatum, Varro proloquium, Cicero enuntiatum, Graeci *πρότασιν* tum *ἀξίωμα*, ego verbum e

---

Cassiod. de art. ac disc. lib. litt. III 569 (p. 1173 A ed. Migne): 'Has formulas categoricorum syllogismorum qui plene nosse desiderat, librum legat, qui inscribitur *περὶ ἑρμηνείας* Apulei.' — cf. 583 (p. 1203 A) et Isidor. orig. II, 28, 22 (p. 148 A ed. Migne) 15 cf. A. Gell. N. A. XVI 8

INCIPIUNT PERI ERMENIAE APULEI *codd. plerique* (PERY C HERMENIAE G) INCIPI // *ΠΕΡΙΕΡΜΙΝ* // *ΙΩΝ* B, *unde περὶ ἑρμηνειῶν titulum esse voluit Meiss.* — **1** quod GC *et al.*: quam SL *et al.* **6** vovendi S: fovendi *cett* (*sed* fovendi vovendi E) **7** contemnendi: contendendi C *et al.* **8** voluptatem B: voluntatem *cett.* (vel voluptatem *ss.* E) **10** vulgata decenter: vulgata recenter, recentia vulgate *Goldb.*, *probante Meissio, qui praeterea* nova usitate, usitata nove *secludendum censet* proferre *aut simile aliud excidisse suspicatus est Colvius*, dicere *reponendum censet Meiss* **11** de minimis GC **16** *fort.* ⟨tum⟩ *πρότασιν* | *πρότασιν et ἀξίωμα Meiss*: protasin (portasin G) *et* axioma *codd. plerique*

verbo tum protensionem tum rogamentum; familiarius tamen 266
dicetur propositio.

Propositionum igitur perinde ut ipsarum conclusionum II
duae species sunt. altera praedicativa, quae etiam simplex
est, ut si dicamus: Qui regnat, beatus est, altera
substitutiva vel condicionalis, quae etiam composita est,
ut si aias: Qui regnat, si sapit, beatus est; substituis
enim condicionem, qua, nisi sapiens est, non sit beatus
nos nunc de praedicativa dicemus, quia natura prior est
ac velut elementum substitutivae.

Sunt et aliae differentiae, quantitatis ac qualitatis. III
quantitatis quidem, quod aliae universales sunt, ut: Omne
spirans vivit, aliae particulares, ut: Quaedam animalia non spirant, aliae indefinitae, ut: Animal spirat;
non enim definit, utrum omne an aliquod, sed tamen pro
particulari semper valet, quia tutius est id ex incerto
accipere, quod minus est. qualitatis autem, quod aliae
dedicativae sunt, quae dedicant aliquid de quopiam, ut:
Virtus bonum est; dedicat enim virtuti inesse bonitatem.
aliae abdicativae, quae abdicant aliquid de quopiam, ut:
Voluptas non est bonum; abdicat enim voluptati inesse
bonitatem. at Stoici hanc quoque dedicativam putant, cum
inquiunt: Evenit cuidam voluptati bonum non esse;
ergo dedicat, quid evenerit ei, id est, quid sit. idcirco
dedicativa, inquiunt, est, quia ei, in quo negavit esse,
dedicat id, quod non videtur esse. solum autem abdicativum 267
vocant, cui negativa particula praeponitur. verum hi
quidem cum in aliis tum in hac re vincuntur, si qui ita
rogaverit: Quod nullam substantiam habet, non est:
cogentur enim secundum quod dicunt confiteri esse, quod
non est, quod nullam substantiam habet.

11—22 Mart. Capella IV 396

1 protentionem GC *et al.* **11** ac qualitatis GC: et qualitatis *cett.* **15** omnem G **25** ei *Colv*: et *ω* **28** in hac revincuntur G *fort.* in hac re ⟨re⟩vincuntur *vel* in hoc revincuntur **29** habet (vel beat *ss.*) C **31** //nullam C

IV Ceterum propositio, ut ait in Theaeteto Plato, duabus paucissimis orationis partibus constat, nomine et verbo, ut: Apuleius disserit, quod aut verum aut falsum est et ideo propositio est. unde quidam rati sunt has duas solas orationis esse partes, quod ex his solis fieri possit perfecta oratio, id est, quod abunde sententiam comprehendant. adverbia autem et pronomina et participia et coniunctiones et id genus cetera, quae grammatici numerant, non magis partes orationis esse quam navium aplustria et hominum pilos aut certe in universa compage orationis vice clavorum et picis et glutinis deputanda. porro ex duabus praedictis partibus altera subiectiva nominatur velut subdita, ut Apuleius; altera declarativa, ut disserit, non disserit; declarat enim, quid faciat Apuleius. licet autem eadem vi manente utramvis partem in plura verba protendere, ut si pro Apuleio dicas philosophum Platonicum Madaurensem, item pro disserendo dicas eum uti oratione. plerumque autem subiectiva minor est, declarativa maior et non hanc modo sed alias quoque subiectivas comprehendens. non enim solus Apuleius disserit sed et alii plurimi, qui sub eadem declaratione possunt contineri, nisi forte proprium cuiuspiam de eo declaretur, ut si dicas: Qui equus est, hinnibile est; at proprium est equi hinnire. et idcirco in his propriis par est declarativa, par subdita, ac non ut in ceteris maior, quippe cum eadem possit mutata vice subdita fieri et, quam prius habuerit subditam, nunc habere sui declarativam, ut si verso ordine ita dicas: Quod hinnibile est, equus est. at non itidem, ubi

1 Plat. Theaet. 206 D 12—15 Mart. Capella IV 393

1 in Theaeteto *edd.*: in thetico CGE theito S thetito (thimeo *superscr. m. 2*) L thimeo (*in marg.* al thetico *m. 2*) P *ΕΝΤΩΤΕΘΗΤΩ* B, *unde ἐν τῷ Θεαιτήτῳ Meiss* 6 idē// G **10** aplaustria G **13** velut: vel G **17** maudarensem GC **20** quoque: quamquam G **23** declaretur de eo (*sed cum traiect. signis*) G **24** hinnibil// C **26—27** ea//dem ... subdita// (s *bis eras.*) G

impares partes, convertere vices possis. non enim, quia 268
verum est omnem hominem animal esse, idcirco, si convertas, verum erit omne animal hominem esse. neque enim ut proprium est equi hinnibile, ita proprium est homini animal esse, cum sint animalia alia innumera. agnoscitur hic de pluribus declarativa, licet converso ordine rogamentum proponatur, primo, quod plura comprehendere potest declarativa quam subdita, dehinc, quod nunquam vocabulo sed semper verbo terminatur, quo praecipue etiam in illis proprietatibus a pari subiectiva discernitur. id etiam pro similitudine tenendum est, quia, ut sunt propositiones definitae et indefinitae, ita etiam constat particulas tam subiectivas quam declarativas partim definitas esse, ut homo, animal, partim indefinitas, ut non homo, non animal; non enim definiunt, quid sit, cum hoc non sit, sed tantum ostendunt aliud praeter hoc esse.

Nunc dicendum est, quemadmodum quattuor illae V
propositiones inter se affectae sint, quas non ab re est in quadrata formula spectare. sint igitur in superiore linea, ut infra scriptum est, universalis dedicativa et abdicativa, ut: Omnis voluptas bonum est, omnis voluptas bonum non est, dicanturque hae inter se incongruae. item in inferiore linea sub utraque particulares subnotentur: Quaedam voluptas bonum est, quaedam non est bonum, dicanturque inter se hae subpares. deinde obliquae ducantur lineae angulares, altera pertingens ab universali dedicativa ad particularem abdicativam, altera a particulari dedicativa ad universalem abdicativam; quae inter se et quantitate et qualitate contrariae alterutrae

12—16 Mart. Capella IV 399 17—p. 180, 18 Mart. Capella IV 401—403

1 *post* partes *ss.* fuerint C 2 idcirco *ex* indcorco *corr.* G 4—5 proprium homini (*om.* est) G 10 dis$^{\text{cerni}}$////tur (*4 litt. eras.*) C 16 ostenditur (vel ostendunt *ss.*) G 18 sunt G C *et al.* 21 omnis voluptas bonum non est: nulla voluptas bonum est CGE 22 incerua C 23 sub utraque *ss. m. 1* C | subnotantur G 26 pertinens LB pertingens *ex* pertinens *corr.* P

nominentur, quod iam necesse est alterutram veram esse, quae dicitur perfecta pugna et integra. at inter subpares et incongruas pugna dividua est, quod incongruae nunquam quidem fiunt simul verae, interdum tamen simul mentiuntur, subpares autem mutata vice nunquam quidem simul mentiuntur, interdum tamen fiunt simul verae et
269 ideo utriusvis harum revictio confirmat alteram, non tamen et utriusvis confirmatio revincit alteram. de incongruis qui utramvis posuit, utique alteram tollit, non tamen mutata vice qui utramvis tollit, utique alteram ponit. enimvero de alterutris qui utramvis comprobat, utique alteram refutat, qui utramvis tollit, utique alteram comprobat. ceterum universalis utravis particularem suam comprobata utique confirmat, revicta non utique infirmat. particularis autem versa vice universalem suam revicta utique infirmat, probata non utique confirmat. haec omnia ita esse, ut dicimus, ex ipsis propositionibus facile ostenditur infra scriptis.

Contrariae vel incongruae

Universalis affirmatio		Universalis negatio
Omnis voluptas bonum est	Alterutrae	Omnis voluptas bonum non est
Quaedam voluptas bonum est	Alterutrae	Quaedam voluptas bonum non est
Particularis affirmatio		Particularis negatio

Subalternae — Subalternae

Subcontrariae vel subpares

Certum est enim, quod concedat, qui aliquid proposuerit. destruitur autem utravis universalis trifariam,

1 nominantur G 7 utriusvis *ex* utrivis *corr.* C 8 utriusvis *ex* utrius *corr.* C utrius G *et al.* 16 infirmat *ex* confirmat *corr.* C 18 infra scriptis *secl. Goldb.* | *formam supra descriptam ex* A *et* P *sumpsit Goldb.; aliud exemplum* (omnis homo iustus est etc.) *exhibent* GC *et al.; utrumque exemplum est in* E 19 quid G quod (*sed* o *in ras.*) C

dum aut particularis eius falsa ostenditur aut utravis ex duabus ceteris vera, sive incongrua sive subneutra. instruitur autem uno modo, si alterutra eius falsa ostenditur. contra particularis uno quidem modo destruitur, si alterutra eius vera ostenditur: instruitur autem trifariam, si aut universalis eius vera est aut utravis ex duabus ceteris falsa, sive subpar eius sive subneutra. eadem 270
servabimus etiam in aequipollentibus propositionibus. aequipollentes autem dicuntur, quae alia enuntiatione tantundem possunt et simul verae fiunt aut simul falsae, altera ob alteram scilicet, sicut indefinita et particularis. item omnis propositio, si assumat in principio negativam particulam, fit alterutra eius aequipollens, ut cum sit universalis dedicativa: Omnis voluptas bonum, si ei negatio praeponatur, fiet: Non omnis voluptas bonum, tantundem valens, quantum valebat alterutra eius: Quaedam voluptas non est bonum. hoc in ceteris tribus propositionibus intellegendum est.

Deinde de conversione.. conversibiles propositiones VI
dicuntur universalis abdicativa et alterutra eius, id est particularis dedicativa, eo quod particulae earum, subiectiva et declarativa, possunt semper inter se versare vices permanente condicione veritatis aut falsitatis. nam ut vera est haec propositio: Nullus prudens impius, ita, si convertas partium vices, verum erit: Nullus impius prudens. item ut falsum est: Nullus homo animal, ita et, si convertas, falsum erit: Nullum animal homo. pari ratione et particularis dedicativa convertitur: Quidam grammaticus homo est, et contra: Quidam homo

19—p. 182, 17 Mart. Capella IV 397 et 398; cf. 339, 344, 346—349; Cassiod. de art. etc. III 567 et 568 (p. 1169 B et C)

2 subneutra (alterutra *ss.*) C 7 subneutra ω (alterutra *ss.* CGE) alterutra *recepit Goldb.* subneutra *retinet Meiss* (subneutra = alterutra) 19 convertibiles (*sic et* alibi) G 20 universalis *ex* universales *corr.* C 22 versare *Prantl*: servare ω 24 impius est C

grammaticus est. quod duae ceterae propositiones semper facere non possunt, quamquam interdum convertantur. nec tamen idcirco conversibiles dicuntur; nam quod alicubi fallitur, certo repudiatur. ergo unaquaeque propositio per omnes significationes † reperienda est, an etiam conversa congruat. nec universe verae sunt istae, sed quinque solae: aut enim proprietas declaratur alicuius aut genus aut differentia aut finis aut accidens. nec praeter haec unquam ⟨quicquam⟩ inveniri potest in ulla propositione, ut si
271 hominem substituas, quicquid de eo dixeris, aut proprium eius significaveris, ut cachinnabile, aut genus, ut animal, aut differentiam, ut rationale, aut definitionem, ut animal rationale mortale, aut accidens, ut orator. quippe omne declarativum alicuius aut potest eius vicissim fieri subiectivum aut non potest. sed si potest, aut significat, quid sit, et est definitio, aut non significat, et est proprium. sin autem non potest, aut id est quod in definitione poni debeat, atque est genus vel differentia, aut quod non debeat, et est accidens. igitur per haec agnoscetur particularis abdicativa non esse conversibilis. universalis autem dedicativa et ipsa quidem non est conversibilis, sed particulariter tamen potest converti, ut cum sit: Omnis homo animal, non potest ita converti, ut sit: Omne animal homo, sed particulariter potest: Quoddam animal homo. verum hoc in simplici conversione, quae in conclusionum illationibus reflexio nominatur. est enim et altera propositionum conversio, quae non tantum ordinem, sed etiam ipsas particulas in con-

---

12 cf. Quintil. inst. or. V 10,56 21 — p. 183, 6 Mart. Capella IV 399 et 400

---

5 reperienda: repetenda *Wow.* requirenda *Goldb. fort.* experienda 6 congrua G | universe verae *Hild.*: universae vere G innumerae//// (umerae *in ras.*; *fuit* universae) *praeterea* revera *ss.* C unum versae BL universaliter verae *cett.* (*in marg.* vel //unum S) innumerae *edd. vett. et Goldb.* | istae *om.* G 9 quicquam *add. Oud.* aliud *super* potest *add.* G | nulla G 19 per hoc GC

trarium perducit, ut quae definita est, indefinita fiat, et contra quae indefinita est, definita. hanc conversionem vicissim reliquae duae admittunt, universalis dedicativa et particularis abdicativa, ut: Omnis homo animal; omne non animal non homo; item: Quoddam animal non est rationale; quoddam non rationale animal. id ita esse perpetuo, ut dicimus, per illas quinque praedictas species explorabis.

Coniugatio autem propositionum dicatur ipsa conexio VII
earum per aliam communem particulam, qua inter se copulantur; ita enim possunt ad unam conclusionem consentire. quae particula communis necesse est aut in utraque propositione subiecta sit aut in utraque declarans aut in altera subiecta, in altera declarans. tres igitur formulae fiunt, quarum prima dicatur, cum illa communis particula in altera subiecta, in altera declarans est. qui ordo non numeri ratione sed conclusionum dignitate contentus est. quippe ultima formula est tertia, quia nihil in ea nisi particulare concluditur. hac superior est secunda, quae habet conclusiones universales, sed tamen abdicativas tantum. et ideo sic prima pollet, quia in omne genus illationum concluditur. dico autem illationem vel illativum rogamentum, quod ex acceptionibus colligitur et infertur. porro acceptio est propositio, quae conceditur a respondente, ut si quis ita proponat: Estne omne honestum bonum?
propositio est, et si assentiri se dicet, fit acceptio remota 272
interrogatione. quae et ipsa tamen communiter appellatur propositio: Omne honestum bonum est. huic iunge

---

9—22 Mart. Capella IV 408 et 409. 22—p. 9, 7 Mart. Capella IV 405

---

6 non rationale non animal CE **7** illas *ex* illis *corr.* C **10** aliquam G **15** fiunt vel sunt G sunt (vel fiunt *ss.*) C | dicitur G dicitur (vel dicatur *ss.*) C **18** formula est GCE: est formula *cett.* **19** hac: ac G **20** conclusiones //// (*2 litt. eras.*) G | abdicativas *ex* abdicativa *corr.* G **26** se dicet (vel te dicis *ss.*) C **28** huic (vel hinc *ss.*) G hi//nc (huic *ss.*) C

alteram acceptionem similiter propositam et concessam: Omne bonum utile est. ex hac coniugatione, ut mox ostendemus, primi modi fit illativum, si directim, universale: Omne igitur honestum utile est, si reflexim, particulare: Quoddam igitur utile honestum est, quia particulariter tantum in reflexionibus converti potest universalis dedicativa. directim autem dico inferri, cum eadem particula subiecta est tam in coniugatione quam in ipsa illatione itemque declarans eadem, cum est utrobique; reflexim vero, cum hoc fit versa vice. ceterum tota ratiocinatio ista, quae acceptionibus et illatione constat et collectio vel conclusio nominatur, secundum Aristotelem commodissime potest ita definiri: Oratio, in qua concessis aliquibus aliud quiddam praeter illa, quae concessa sunt, necessario evenit, sed per illa ipsa concessa. in qua definitione et orationis species non alia quam pronuntiabilis intellegenda est, quae, ut supra diximus, sola aut vera est aut falsa, et concessis aliquibus pluraliter dictum est, quia ex una acceptione non fit collectio, licet Antipatro Stoico contra omnium sententiam videatur plena conclusio esse: Vides, vivis igitur, cum sit illo modo plena: Si vides, vivis; atqui vides, vivis igitur. item, quia concludere volumus, non quod concessum est nobis, sed quod negatum, idcirco in definitione dixit aliud quiddam praeter illa, quae concessa sunt, necessario evenire. quapropter supervacanei sunt moduli Stoicorum non idem differenter peragentes: Aut dies est aut nox; atqui dies est; item idem geminantes: Si dies est, dies est; dies igitur est. frustra enim colligunt, quod sine controversia ultro conceditur. illud potius verisimile est, cum dico: Si dies

10—13 Mart. Capella IV 406 13—16 Aristot. Analyt. pr. c. 1 (p. 24b, 18—20 ed. Bkk.) 31—p. 185, 1 Cassiod. de art. etc. III 569 (p. 1173 A et B); Isidor. orig. II 28, 25 (p. 148 B)

9 cum *ante* est *om.* GC 25 quiddam *ex* quidam *corr.* G 29 geminant GCE

est, lucet; atqui dies est, igitur lucet, non † male colligere, praeter quod accepi. nam quod est in conclusione lucet, fuerat et in propositione. hoc tamen ita refutabimus, aliter dici in conclusione igitur lucet, ut ostendatur nunc lucere, aliter in propositione acceptum, in qua non est dictum nunc lucere, sed tantum consequens esse, ut, si dies sit, utique et luceat. multum autem refert, itane nunc affirmes aliquid esse an tantum solere esse, cum aliud quiddam praecesserit. item illud, quod in eadem definitione necessitas comprehensa est, factum 273 est, ut conclusionis vis a similitudine inductionis distingueretur. nam et in inductione quaedam conceduntur, ut puta: Homo inferiorem malam movet, equus inferiorem movet, item bos et canis. in istis acceptionibus in conclusione aliud quid infertur: Ergo et omne animal inferiorem malam movet. quod cum sit in crocodilo falsum, potes superioribus concessis illationem ipsam non recipere, quam tibi in conclusione non licuisset recusare, quippe cuius illatio in ipsis acceptionibus continetur. et ideo in ea additum est necessario evenire. ne ultima quidem pars definitionis vacat, sed ostendit ex eisdem ipsis, quae concesserit, evenire debere illationem, ceterum ratam non fore. ac de his quidem satis dictum.

Nunc tradendum est, quibus modis et coniugationibus VIII fiant intra certum numerum praedicativi generis verae conclusiones. quippe in prima formula novem soli moduli,

24—p. 186, 3 Mart. Capella IV 410; Cassiod. de arte etc. III 568 (p. 1171 B)

1 non male colligere (s. aliud *ss.*) G nam aliud collegi *ex* non male colligere *corr.* C non male colligere nam aliud collegi E nisi aliud colligi S non ⟨me⟩ aliud colligere *Meiss* 6 nunc lucere: non lucere G 7 autem: enim G 8 an tantum solere esse *in marg. m. 2* G 9 item G: ita *cett.* 13 molam GC (*et sic v.* 16) 13—16 equus inferiorem movet — inferiorem malam movet *in marg. m. 2* G 15 quid: quod G 17 crocodillo G corcodrillo C 21 pars *om.* C *et al.* (s. particula *super* ultima *add.* C)

sex autem coniugationes reperiuntur; in secunda quattuor moduli, tres coniugationes; in tertia sex moduli, quinque coniugationes. de quibus hic iam suo ordine demonstrabo praefatus neque ex particularibus solis neque abdicativis
274 solis ratam fieri conclusionem, quia saepe possunt et falsa conducere. item quamlibet multis dedicativis si utravis abdicativa iungatur, dedicativam non, sed abdicativam fieri illationem: tantum vel una mixta ceteris praevalet. similis etiam particularium vis est; utravis enim mixta universalibus particularem facit illationem.

IX Igitur in prima formula modus primus est, qui conducit ex universalibus dedicativis dedicativum universale directim, ut: Omne iustum honestum, omne honestum bonum; omne igitur iustum bonum est. at si reflexim inferas: Quoddam igitur bonum iustum, fit ex eadem coniugatione quintus modus. nam sic tantum reflecti posse universalem dedicativam supra docui. secundus modus est, qui conducit ex universalibus dedicativa et abdicativa abdicativum universale directim, ut: Omne iustum honestum, nullum honestum turpe; nullum igitur iustum turpe. at si reflexim inferas: Nullum igitur turpe iustum, sextum modum effeceris. nam, ut dictum est, reflectitur in se universalis abdicativa. tantum meminisse debemus subiectivum ex dedicativa trahendum ad illationem in secundo modo atque ideo eam priorem aestimandam, licet ante abdicativa enuntietur. similiter et in ceteris prior potestate prior intellegatur. in sexto autem modo trahitur subiectivum ex abdicativa. haec

11—p. 187, 27 Mart. Capella IV 411; Cassiod. de art. etc. III 568 et 569 (p. 1171C—1172A); Isid. orig. II 28, 3—11 (p. 146C—147B)

1—2 sex autem coniugationes — quattuor moduli *om.* G 6 conducere (i. colligere *ss.*) CG 9 particularis (vel -rium *ss.*) C 11 conducit (i. colligit *ss.*) C 16 si G 18 conduci G 20 iustū// (s *eras.*) G 27 potestate prior *om.* G 28 subiectivum *Goldb.*: subiectivus GC (s. terminus *ss.* G) subiunctivus *al.* subiectiva *Flor.*

sola differentia eorum. item tertius modus, qui conducit ex dedicativis particulari et universali dedicativum particulare directim, ut: Quoddam iustum honestum, omne honestum utile; quoddam igitur iustum utile. sed si reflexim inferas: Quoddam igitur utile iustum, septimum modum feceris. nam, ut dictum est, reflectitur in se particularis dedicativa. quartus modus est, qui conducit ex particulari dedicativa et universali abdicativa abdicativum particulare directim, ut: Quoddam iustum honestum, nullum honestum turpe; quoddam igitur iustum non est turpe. ex hoc modo contrariae vices inveniuntur prioribus octavus et nonus quippe 275 servant eius illationem non ut illi reflexam. coniugationem ipsam tantum reflectunt propositionibus aequipollentibus mutatoque ordine, ut prior fiat abdicativa. atque ideo conducere dicuntur ambo per coniugationis conversionem. nam et si abdicativam universalem quarti convertas et subicias ei universalem dedicativam, quam converterat particularis eius dedicativa, fiet octavus modus, qui conducit ex universalibus abdicativa et dedicativa particulare abdicativum reflexim, velut: Nullum turpe honestum, omne honestum iustum; quoddam igitur iustum non est turpe. nonus quoque modus per similem conversionem ex universali abdicativa et particulari dedicativa abdicativum particulare conducit reflexim: Nullum turpe honestum, quoddam honestum iustum; quoddam igitur iustum non est turpe. cur autem solus quartus modus duos genuerit, ceteri singulos, illa ratio est, quia, primi modi si utramque propositionem convertamus, fiet coniugatio irrita duarum particularium, sin alteram tantum, fiet aut secunda formula aut tertia. item secundi modi

---

5 igitur *ante* utile *om.* GC 7 in se *om.* GC **10—11** quodam igitur G **13** illi (s. priores *ss.*) GC **16** coniugationes G **18** quod G quam *ex* quod *corr.* C | converterit G **19** dedicativa *ex* dedicativum *corr.* C | octavus modus est C **20** abdicativa *ex* addicativa *corr. m. 1* C **31** item *ex* ita *corr. m. 1* C

si utramque convertas, fiet coniugatio noni, quam iam ostendimus ex quarto gigni, quia universalis dedicativa secundi modi non nisi particulariter converti potest, sin alteram tantum, fiet secunda formula aut tertia. ex hisce igitur in prima formula modis novem primi quattuor indemonstrabiles nominantur, non quod demonstrari nequeant, ut universi maris aestimat⟨io, aut⟩ quod non demonstrentur, sicut circuli quadratura, sed quod tam sim-
276 plices tamque manifesti sunt, ut demonstratione non egeant, adeo ut ipsi ceteros gignant fidemque illis ex se impertiant.

X Nunc secundae formulae modos trademus. primus modus in secunda formula est, qui conducit ex universalibus dedicativa et abdicativa abdicativum universale directim, velut: Omne iustum honestum, nullum turpe honestum; nullum igitur iustum turpe. hic redigitur in secundum indemonstrabilem conversa eius secunda propositione. secundus modus est, qui conducit ex universalibus abdicativa et dedicativa abdicativum

12—p. 189, 16 Mart. Capella IV 412; Cassiod. de art. etc. III 569 (p. 1172B et C); Isidor. orig. II 28, 12—15 (p. 147B et C).

2 universa vel dedicativa G 7 ut universi maris aestimatio, aut quod *scripsi* (*cf. Querolus p. 28, 25—26 Peip.*: stellas numerant, maria aestimant): ut universi maris estimat quod GCS (universi maris C, proprium nomen *ss.*) ut universi maris autumat (aestu *ss., ut sit* aestumat) aut quod E ut universi maris estum aut quod P ut universi maris aestimet quod DF ut universis maris est quod L ut universi maris aestus, aut quod *Goldb.*, ut universi maris aestuum causa, aut quod *Meiss, qui et in* universi maris *nomen proprium et titulum libri alicuius latere suspicatur, ita ut* aestumat *vel* autumat *retinendum sit* (*et sic iam Floridus, nempe ex* C) ut universim Aristo aestimat, aut quod *Oudendorp* 7—8 non demonstrentur (*ex* demonstrantur *corr.* sicut C non demonstrantur sicut E nondum demonstrans ei sit ut S *et al.* nondum demonstratum ei sit ut P non demonstrabile non sit et ut L 9 sunt *vulg.*: sint GC *om.* S 12 DE SECUNDA FORMA G DE SECUNDA FORMULA CS | secundae *post* trademus S *et al.* | trademus (vel tractemus *ss. m. 2*) G 18 propositione secunda (*sed cum traiect. signis*) G

universale directim, velut: Nullum turpe honestum, omne iustum honestum; nullum igitur turpe iustum. hic coniugatione non differt a priore, nisi quod subiectivam particulam abdicativa trahit ad illationem, quoniam ita variatus est enuntiationis ordo, quod in prima formula fieri non potest. tertius modus est, qui conducit ex particulari dedicativa et universali abdicativa abdicativum particulare directim, velut: Quoddam iustum honestum, nullum turpe honestum; quoddam igitur iustum non est turpe. huius si convertamus universalem abdicativam, fit indemonstrabilis quartus, ex quo hic nascitur. quartus modus est, qui conducit ex particulari abdicativa et universali dedicativa abdicativum particulare directim, ut: Quoddam iustum non est turpe, omne malum turpe; quoddam igitur iustum non est malum. hic solus modus tantum per impossibile approbatur. de qua propositione dicemus expositis modis tertiae formulae.

In tertia formula primus modus est, qui conducit ex XI
dedicativis universalibus dedicativum particulare tam directim quam reflexim, ut: Omne iustum honestum, omne iustum bonum, quoddam igitur honestum bonum, vel sic: Quoddam igitur bonum honestum. quippe non interest, ex utra[que] propositione facias particulam subiectivam, quoniam non interest, utram prius enunties. ideo non recte arbitratus est Theophrastus propter hoc non unum modum hunc, sed duos esse. secundus modus est, qui conducit ex dedicativis particulari et universali dedicativum particulare directim, ut: Quoddam iustum honestum, omne iustum bonum; quoddam igitur

---

19—p. 190, 16 Mart. Capella IV 413; Cassiod. de art. etc. III 569 (p. 1172 C—1173 A); Isidor. orig. II 28, 16—21 (p. 147 C—148 A)

---

4 abdicativam GES ex abdicativo *Oudendorp* | ad *om.* G 12 est *om.* GC 18 tertiae *om.* CS *et al.* 19 DE TERTIA FORMULA C 24 ex utra *Goldb.*: ex utraque GCSLB (quam *ante* ex *ss.* L) si ex utraque *cett.*

honestum bonum. tertius modus est, qui conducit ex dedicativis universali et particulari dedicativum particulare
277 directim, ut: Omne iustum honestum, quoddam iustum bonum; quoddam igitur honestum bonum. quartus modus est, qui conducit ex universalibus dedicativa et abdicativa abdicativum particulare directim, ut: Omne iustum honestum, nullum iustum malum; quoddam igitur honestum non est malum. quintus modus est, qui conducit ex dedicativa particulari et abdicativa universali abdicativum particulare directim, ut: Quoddam iustum honestum, nullum iustum malum; quoddam igitur honestum non est malum. sextus modus est, qui conducit ex dedicativa universali et abdicativa particulari abdicativum particulare directim, ut: Omne iustum honestum, quoddam iustum non est malum; quoddam igitur honestum non est malum. ex his sex modis primi tres rediguntur ad tertium indemonstrabilem conversa priore propositione primi et secundi. tertius enim secundo eandem coniugationem habet hoc uno differens, quod ex universali trahit particulam subiectivam. propter quod non tantum propositionis verum etiam illationis conversione redigitur ad tertium. item quartus et quintus nascuntur ex indemonstrabili quarto conversis prioribus propositionibus eorum. sextus autem modus nec utraque nec altera redigi conversa ad indemonstrabilem aliquem potest, sed per impossibile tantum approbatur, sicuti quartus in secunda formula, et ideo
XII uterque novissimi numerantur. ceterorum autem in omnibus formulis ordinatio facta est pro differentia coniugationum et illationum. nam cum prius sit dedicare quam negare potentiusque [est] universale quam particulare, priores

---

9 dedicativa *ex* dedicativis *corr.* G 19 enim *ab edit. Goldb. abest* | a secundo GCE 22 etiam *om. post. add. m. 1 (?)* G 30 nam cum prius EP: cum *om.* GCS (nisi prius, *in marg.* at nam S) nam quia prius *vulg.* nam ut prius *Goldb.* | sit: fit GC 31 potentiusque est ω (est *om.* B) est *seclus Meiss fort.* sit

sunt universales particularibus et in utrisque dedicativa [et] illatio; ⟨si⟩ similes sunt, is praeponitur modus, qui celerius ad indemonstrabilem redigitur, id est una conversione, quae una probatio est certos eos ad cludendum modos esse. est et altera probatio communis omnium etiam indemonstrabilium, quae dicitur per impossibile appellaturque a Stoicis prima constitutio vel primum expositum. 278 quod sic definiunt: Si ex duobus tertium quid colligitur, alterum eorum cum contrario illationis colligit contrarium reliquo. veteres autem sic definierunt: Omnis conclusionis si sublata sit illatio, assumpta alterutra propositione tolli reliquam. quae res inventa est adversus eos, qui concessis acceptionibus id, quod ex illis colligitur, impudenter recusant. per hoc enim compelluntur ad impossibilia, dum ex eo, quod negant, contrarium aliquid invenietur ei, quod ante concesserant. porro contraria simul esse vera impossibile est. ergo per impossibile compelluntur ad conclusionem. nec frustra constituerunt dialectici eum modum verum esse, cuius adversum illationis cum alterutra acceptione tollit reliquam. at Stoici quidem tantum negativa particula praeposita putant illationem recusari vel ex propositionibus alteram tolli, ut puta: Omnis, non omnis; quidam, non quidam. veteres vero et per alterutram, igitur bifariam, ut puta: Omnis, non omnis; quidam. fiunt igitur adversus unamquamque conclusionem contrariae, quae opponantur, octo, quoniam utraque acceptio bifariam tollitur, fiuntque conclusiones bis quaternae modo negativa particula praeposita illationi modo alterutra illationis accepta. exemplo sit primus indemonstrabilis: Omne

1—2 dedicativa illatio *Prantl*: dedicatio et illatio ω **2** si *add. Prantl* | is: et his GCE (h *exp.* C) his (*om.* et) *cett.* **3** id est: idem C (*et* G, *ut vid.*) **4** mo(do)s *corr. m. 1* C **6** per L *et vulg.*: *om. cett.* **9** cum contrarium C *et al.* **10** reliquo G: relinquit CSEL relinquid P reliquit *cett.* reliqui *Goldb.* relinqui *Prantl* **18** per *om. post. add. m. 1* G **24** et *om.* C **25** ut puta — quidam *om.* GCE **27** opponuntur GC

iustum honestum, omne honestum bonum; omne igitur iustum bonum. qui hanc illationem negat concessis propositionibus, necesse est dicat: Quoddam iustum non est bonum. huic si praeponas priorem ex duobus concessis; Omne iustum honestum, fit illatio secundum sextum modum in tertia formula, ut: Quoddam igitur honestum non est bonum, quod repugnat secundae propositioni, quae concesserat: Omne honestum bonum haec item omnino opposita conclusio est, si isdem manentibus aequipollentem eius inferas, ut: Non igitur omne honestum bonum. similiter et alterae fient duae conclusiones, si, ut nunc praeposuimus priorem propositionem, sic assumamus posteriorem, ut: Quoddam 279 iustum non est bonum, omne honestum bonum; fit illatio quarti modi in secunda formula duplex: Non igitur omne iustum honestum, vel: Quoddam igitur iustum honestum non est. quarum utravis aeque priori propositioni repugnat, quae concesserat: Omne iustum honestum. his quattuor conclusionibus manentibus tantum propositio mutata est, si pro eo, quod erat: Quoddam iustum non est bonum, facias: Non omne iustum bonum; bifariam fit sublata illatio; erunt alterae quattuor conclusiones isdem immutationibus. item si pro eadem facias: Nullum iustum bonum, bifariam fit sublata illatio; erunt tertiae quattuor conclusiones dumtaxat in his, quae habebunt universalem illationem; ea enim potest sola trifariam tolli. at in ceteris solae octo. quas, si quis velit, singillatim sub unoquoque per omnes formulas poterit suggerere ad exemplum, quod proposuimus.

XIII ***. ut etiam Peripateticorum more per litteras ordine propositionum et partium commutato sed vi manente

---

4 proponas C *et al.* 12 proposuimus GC *et al.* 15 formula: forma GC 19 conclusionibus: propositionibus G 23 in mutationibus C 24 bonum ut tribifariam G bonum bifariam (vel tri *ss.*) C | sit G 25 tertiae (alterae *ss.*) C 26 universam G 30 *lacunam signif. Goldb.* | Peripateticorum *Prantl*: ypotheticorum *vel similia codd.*

sit primus indemonstrabilis: *A* de omni *B*, et *B* de omni *Γ*; igitur *A* de omni *Γ*. incipiunt a declarante atque ideo et a secunda propositione. hic adeo modus secundum hos pertextus retro talis est: Omne *Γ B*, omne *B A*; omne igitur *Γ A*. Stoici porro pro litteris numeros usurpant, ut: Si primum, secundum; atqui primum, 280 secundum igitur. verum Aristoteles in prima formula quattuor solos indemonstrabiles prodidit, Theophrastus et ceteri quinque enumerant. nam propositionem iungens indefinitam colligensque illationem indefinitam *** hoc supervacaneum est tradere, cum indefinita pro particulari accipi⟨a⟩tur et idem futuri sint modi, qui sunt ex particularibus. item iam ostendimus in prima formula quattuor; quos si quis velit geminare indefinitam pro particulari accipiens indefinitamque subiciens illationem, erunt omnes octo et viginti. Aristo autem Alexandrinus et nonnulli Peripatetici iuniores quinque alios modos praeterea suggerunt universalis illationis: in prima formula tres, in secunda formula duos, pro quibus illi particulares inferunt, quod perquam ineptum est, cui plus concessum sit, minus concludere.

XIV Omnes autem modos in tribus eorum formulis certos non nisi undeviginti esse, quos supra ostendimus, comprobatur. quattuor sunt propositiones, duae particulares, duae universales. harum unaquaeque, ut ait Aristo[teles], ut sit subiecta sibi et aliis tribus praeponatur, quaterne scilicet coniungitur atque ita senae denae coniugationes in singulis formulis erunt. harum sex aequaliter in omnibus non valent; duae quidem, cum ex abdicativis utravis alteram praecedit, quattuor autem, cum ex particularibus utravis aut semet praecedit aut alteri subditur. nihil enim con- 281

6 Mart. Capella IV 120

2 *Γ Uhlig*: F ω (*sed* C *habet* G, *Φ autem* B) *et item infra* 5 Stoici autem porro C 10 colligens (*om.* que) G | *lacunam signif. Goldb.* 11 indefinitā (*sed* ˜ *eras.*) C | accipiatur *Flor.*: accipitur ω (*om.* LB) 12 qui s(unt) (ex) particularibus *ex* quos particularibus *corr.* C 16 aristoteles GC *et al.* 24 Aristo *Prantl:* aristoteles ω 25 proponatur G | quaternae GC *et al.*

cludi potest, ubicunque aut duae particulares sunt aut duae abdicativae. igitur remanent singulis formulis denae coniugationes. porro ex his tam in prima quam in secunda formula duae non valent, cum universalis dedicativa particulari praeponitur. similiter et in prima et tertia formula duae recidantur, quibus aut universalis abdicativa abdicativam universalem aut particularis abdicativa universalem dedicativam antecedit. quo fit, ut remaneant primae formulae sex coniugationes iam in novem modis, reliquis duabus formulis adhuc octonae. ex quibus una in neutra probatur, cum universalis abdicativa praecedit particularem dedicativam. ex his septenis, quae supersunt iam propriae, sunt in secunda formula quattuor falsae, cum universalis dedicativa vel sibimet ipsi vel particulari suae utrovis loco iungitur vel cum praecedit alterutra. item propriae in tertia formula duae non valent, cum utravis abdicativa universali dedicativae praeponitur. reliquas certas esse tres in secunda, quinque tertiae formulae supra ostendimus, cum eas ad sex coniugationes primae formulae redigeremus. igitur ex quadraginta octo coniugationibus quattuordecim solae probantur. ceterae triginta quattuor, quas enumeravi, merito repudiantur, quia possunt ex veris falsa concludere; quod cuivis facile est experiri per illas supradictas quinque significationes [generis proprietatis]. at ex illis quattuordecim, quas probavimus, non plures, quam praedictum est, fieri modos docent ipsae illationes, † ut cum directim sumitur tum reflexim, quousque veritas ipsa passa est. praeterea eorum non potest numerus augeri.

6—7 utramvis dedicativam *pro* universalem dedicativam G *et al.* particularis abdicativa utramvis dedicativam (*sed* utramvis dedicativam *del.*) universalem dedicativam C **14** sive *pro* suae GC **15** alterutra *Prantl*: altera *vel* alter *codd.* | proprie G **21** XX quattuor G **24** generis proprietatis *om.* G *ego seclusi* **25** quam praedictum est *om.* G **26** fieri modos G: modos fieri *cett.* | tum *pro* cum G **27** sumatur G **28** praeterea eorum *Goldb.*: praeter earum ω (propterea rerum L propter earum B) propterea eorum *Flor.*

FINIT LIBER PERI HERMENIARUM APULEI G; *in* C *nulla est subscriptio* *ΠΕΡΙ ΕΡΜΙΝΕΙΩΝ ΑΠΟΤΛΕΓΙΟΥ* explicit B

INDEX NOMINUM.

Dresdae: Typis B. G. Teubneri.